xTVOR FVANGE

1 5

2 8

IOACH·MARSC

Cod. lat.
11327

Cod. c. pict.
90
X/XI

Ex Libris
Congregationis Oratorij
SANCTI
PHILIPPI NERIJ,
Monachij.

Über Wolf Christoph von Enzesdorf
vgl. Leininger Handschr. Bücherzeichen p. 142, 145
Knorr-Ritter, Deutsches Adelslexikon s. v.
141

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

CERNIS VTARI PICTAE
DNM SOLERTIA PINGENTIS
MEMBRATI FINGINSQVE
CELVM IN CAPITE INGENS
HIC VAMENASPECTVS NEQ
TANGITVR IMAGINE PECTVS
AVSPICIO FORMIDABILE
AB QVAMVIS TAMEN DE
HIEZECHIEL SPECIES QVAE
VIDERIT MYSTERIA RARA
QVAE STVPENDA LEVIS HOMAGOTE
AVLVS SED QVATVOR ORBIS
IN MEDIO CYRRO ESTIONE
& IMAGO SATHIRO
QVAE QVID SIGNIFICENT
LOQVITVR QVAE SENTIA PRIMVM

INXPINOMINE
INCIPIT LIBR
EVANGELIORVM
QVE PER TOT
ANNVMSIN
GVLIS QVIB:

Q·DIEBUSFES
TISUELFERI
ISLEGENDA
CONGRUUNT
INUIGILIA
NATALISDNI·

SEQ̄TIA
SANCTI
EVANGEL
SECVNDV
MATHVM
INILLOTPR

M

ESSET

OESPON

SATA

SEQ. SCI EVT. SECDM. IN ILLTRPE.
CVESSET DE SPONSATA.

mater ihu maria ioseph. ante quam conuenirent. in
uenta est in utero habens de spu sco. Ioseph autem uir
eius cum esset iustus et nolle eam traducere. uolun
occulte dimittere eam; Hac autem eo cogitante ecce
angelus dni in somnis apparuit ei dicens. Ioseph fili dd.
noli timere accipere mariam coniugem tuam. quod
enim in ea natum est de spu sco est; Parit autem filiu
et uocabis nomen eius ihm; Ipse enim saluum faciet
populum suum a peccatis eorum; SEQ. SEVTI
IN ILLO TEMP. Factum edictum a caesare SCTC:
augusto. ut describeretur uniuersus orbis. Hac descrip
tio prima facta est a preside syrie cirino. Et ibant omes.
ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem
et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuita
tem dauid que uocatur bethleem. eo quod esset de do
mo et familia dauid. ut profiteretur cum maria despon
sata sibi uxore pregnante. Factum est autem cum essent ibi.

impleti sunt dies ut parere. Et peperit filium suum pri
mogenitum. et pannis eum inuolut. et reclinauit eum
in presepio. quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores
erant in regione eadem uigilantes. et custodientes uigi
lias noctis super gregem suum. Et ecce angelus dni
stetit iuxta illos. et claritas di circumfulsit illos. et
timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus.
Nolite timere. Ecce enim euangelizo uobis gaudiu
magnum quod erit omi populo. quia natus est uobis
hodie saluator. qui est xpe dns in ciuitate dauid. Et
hoc uobis signum. inuenietis infantem pannis inuolutu
et positum in presepio. Et subito facta est cum angelo
multitudo militie celestis. laudantium dm et dicentiu.
Gloria in altissimis do. et in terra pax hominib. bone
uoluntatis. S E Q S CI EVT. S. LVC.
In illo tem. Pastores loquebantur adinuicem. Tran
seamus usq bethleem. et uideamus hoc uerbum quod
factum est. quod dns ostendit nobis. Et uenerunt festi
nantes. et inuenerunt mariam et ioseph. et infantem

positum inpresepio. Videntes autem cognouerunt de uer
bo quod dictum est illis de puero hoc. Et omnes qui audierant
mirati sunt. et de his quae dicebant a pastoribus ad ipsos.
Maria autem conseruabat omnia uerba haec conferens in cor
de suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes et laudantes
dn̄m. In omnib. quae audierant et uiderant sicut dictum
est ad illos. Initium sci euang
secd iohn
In principio erat uerbum.
Et uerbum erat apud dm. et ds erat uerbum. Hoc erat in
principio apud dm. Omnia ipsum facta sunt. et sine ipso
factum est nihil. Quod factum est. in ipso uita erat. et uita
erat lux hominum. et lux in tenebris lucet et tenebre
eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a do. cui
nomen erat iohannes. Hic uenit in testimonium. ut testi
monium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per
illum. Non erat ille lux. sed ut testimonium perhiberet
de lumine. Erat lux uera. quae inluminat omnem hom
nem uenientem in hunc mundum. In mundo erat. et
mundus ipsum factus e. et mundus eum non cognouit

Inpropria uenit · et sui eum non receperunt · Quot quot autem
receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri his qui cre
dunt in nomine eius · Qui non ex sanguinib; neq; ex uolun
tate carnis · neq; ex uoluntate uiri · sed ex deo natsunt · Et
uerbum caro factum ē · et habitauit in nobis · Et uidimus
gl̃am eius · gloriam quasi unigeniti a patre · Plenum grā
et ueritate · IN NT SCI STEPHANI
hillo tempū · Dicebat the urbis SCD · MATH
iudeorum · et principib sacerdotum · Ecce ego mitto aduos
prophetas et sapientes · et ex illis occidetis et crucifigetis · et ex
eis flagellabitis in sinagogis uris · Et persequemini de ciuitate
in ciuitatē · ut ueniat super uos omis sanguis iustus qui effu
sus est sup terram · A sanguine abel iusti · usq; ad sanguinem
zacharie filii barachie · quem occidistis inter templum et
altare · Amen dico uobis · uenient hec omia sup generatio
nem istam · Hierusalem hierusalem que occidis pphetas et
lapidas eos qui ad te missi sunt; Quoties uolui congregare
filios tuos · quemadmodum gallina congregat pullos suos
sub alas et noluisti · Ecce relinquetur uobis domus ura

deserta. Dico enim uobis: non me uidebitis amodo donec
dicatis: Benedictus qui uenit in nomine dni
illo tempore. Dixerat ihc SCĒ MATHEY
urbis iudeorum. Ecce ego mitto aduos ppheas et sapien
tes et scribas: et ex illis flagellabitis in synagogis uris: Et
persequemini de ciuitate in ciuitate: ut ueniat sup uos
omis sanguis iustus qui effusus est sup terram. A sanguine
abel iusti usq ad sanguinem zacharie filii barachie
quem occidistis inter templum et altare. Amen dico uob.
uenient hec omia sup generationem istam. Hierusalem. hie
salem. que occidis ppheas: et lapidas eos qui ad te missi sunt.
Quoties uolui congregare filios tuos que admodum gal
lina congregat pullos suos sub alas: et noluisti. Ecce relin
quetur uobis domus ura deserta. Dico enim uobis: Non
me uidebitis amodo. donec dicatis: Benedictus qui ue
nit in nomine dni. IN NT SCI IO H
illo tempore. Eyata SCD IOH
Dixit ihc petro. Sequere me. Conuersus petrus: uidit illu
discipulu quem diligebat ihc sequentem. qui et recubuit

incena sup pectus eius et dicit · Dne · quis est qui tradat me ·
Hunc ergo cum uidisset petrus · dicit ihu · Dne · hic autem
quid · Dicit ei ihc · Si sic eum uolo manere donec ueniam ·
quid ad te · Tu me sequere · Exiuit ergo sermo iste inter
fratres · quia discipulus ille non moritur · Et non dixit
ei ihc quia non morit · sed sic eum uolo manere donec
ueniam · Quid ad te · Hic est discipulus qui testimonium
perhibet de his · et scripsit hec · Et scimus quia uerum est
testimonium eius · SEQ · SCI EVANGELII SECUNDUM MATT ·

In illo tempore · Angelus dni apparuit
in somnis ioseph in egypto dicens · Surge et accipe puerum
et matrem eius et fuge in egyptum · et esto ibi usq dum di
cam tibi · Futurum est enim · ut herodes quaerat puerum
ad perdendum eum · Qui consurgens accepit puerum et ma
trem eius nocte · et secessit in egyptum · et erat ibi usq ad obi
tum herodis · Vt adimpleretur quod dictum est a dno per pro
phetam dicentem · Ex egypto uocauit filium meum · Tunc
herodes uidens quo illusus esset a magis · iratus est ualde ·
Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethleem

et omnib. finib. terre abinuicem infra sedm tempus quod
exquisierat amagis. Tunc adimpletum est quod dictum ē
phieremiam pphetam dicentem. Vox in rama audita ē. ploratus
et ululatus multus rachel plorans filios suos. Et noluit conso
lari. quia non sunt. IN NAT. SC. SLUYESTR.
in illo tempore. Dixit ihc SCD MATHEY
discipulis suis. Vigilate. quia nescitis qua hora dnus ur ven
turus sit. Illud autē scitote. quō si sciret pat familias qua
hora fur venturus eet vigilaret utq; et non sineret pfodi
domum suam. Ideoq; et vos estote parati. quia nescitis
qua hora filius hominis venturus ē. Quis putas fidelis ser
vus et prudens quem constituit dnus suus supra familia
suam ut det illis cibum in tempore. Beatus ille servus quē
cum venerit dnus eius invenerit sic facientem. Amen dico
vobis. quō sup omia bona sua constituet eum.
in illo tempore. IN OCT. DNI. SCD
Post quam consummatus sum dies octo. LCAM
ut circumcideretur puer. vocatū est nomen eius ihc.
Quod vocatum est ab angelo prius quā in utero ēciperetur.

In illo tempore. Dom. ꝑ nat. ds. Sc. Lyca

Erat ioseph et maria mat̃ ihu mirantes. sup his que dice
bantur de illo. Et benedixit illis symeon. et dixit ad
mariam matrem eius. Ecce positus ē hic in ruinam. et
in resurrectionē multorum in israel. et in signum cui
contradicetur. Et tuam ipsius animā pertransibit gladius.
ut revelentur ex multis cordib. cogitationes. Et erat an
na prophetissa filia phanuel de tribu asser. hęc processerat
in diebus multis. et vixerat cum viro suo annis septē
a virginitate sua. Et hęc vidua usq. ad annos octoginta
quatuor. quę non discedebat de templo ieiunis et obsecrati
onib. seruiens nocte ac die. Et hęc ipsa hora supueniens
confitebat dnō. et loquebatur de illo omnib. qui expecta
bant redemptionē hierusalem. Et ut perfecerunt omnia
secdm legem dni. reuersi sunt in galileam in ciuitatem
suam nazareth. Puer aut̃ crescebat et confortabatur. plen'
sapientia. Et grā di. erat in illo. In vi. Theophanie
In illo tempore. Sec. Matheu.

Defuncto herode. ecce apparuit angelus dni in somnis

ioseph in egypto dicens: Surge et accipe puerum et matrem
eius: et uade in terram israhel. Defuncti sunt enim qui que
rebant animam pueri. Qui consurgens: accepit puerum
et matrem eius: et uenit in terram israhel. Audiens autem
quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo:
timuit illo ire. Et admonitus in somnis: secessit in par
tes galilee, et ueniens habitauit in ciuitate que uocat
nazaret. Vt adimpleretur quod dictum e per prophetas:
quo nazareus uocabitur. INTHEOPHANIA
HILLOTEMPORE. SEQ. SCI EVG SECDM MAT.
Cum natus esset ihe in bethleem iude in diebus herodis
regis: ecce magi ab oriente uenerunt hierosolimam
dicentes: Vbi est qui natus est rex iudeorum? Vidimus enim
stellam eius in oriente: et uenimus adorare eum. Audi
ens autem herodes turbatus e: et omis hierosolima cum
illo. Et congregans omes principes sacerdotum et scribas
populi: sciscitabatur ab eis ubi xpe nasceretur. At illi dix
erunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptu e per prophe
tam. Et tu bethleem terra iuda: nequaquam minima es

in principib; iuda. Ex te enim exiet dux. qui regat populu
meum israhel. Tunc herodes clam uocatis magis. diligenter
didicit a eis tempus stellę quę apparuit eis. Et mittens
illos in bethleem dixit. Ite et interrogate diligenter de
puero. et cum inueneritis renuntiate mihi ut et ego ue
niens adorem eum. Qui cum audissent regem. abierunt
Et ecce stella quam uiderant oriente ante ecedebat eos.
usq dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes
autem stellam gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intran
domum. inuenerunt puerum cum maria matre eius.
Et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis.
obtulerunt ei munera. Aurum. thus. et myrram. Et re
sponso accepto in somnis. ne redirent ad herodem. Per aliam
uiam. reuersi sunt in regionem suam. DOM. POST
n illo tempr. THOPH. S CD. LYCAM.
Cum factus esset ihc annorum xii. ascendentib; illis he
rosolimam sdm consuetudinem diei festi. Consummatisq
diebus cum redirent. remansit puer ihc in hierusalem.
et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem

illum esse in comitatu · uenerunt uer die · et requirebam
eum inter cognatos et notos: Et non inuenientes · regressi
in hierusalem requirentes eum · Et factum est post triduum
inuenerunt eum in templo sedentem · in medio doctorum
audientem illos et interrogantem eos: Stupebant autem
omnes qui eum audiebant sup prudentia et responsis eius:
Et uidentes · admirati sunt · Et dixit mat eius ad eum ·
Fili quid fecisti nobis sic · Ecce pater tuus et ego · dolen
tes querebamus te · Et ait ad illos: Quid est q̃d me que
rebatis nesciebatis quia in his quę patris mei sunt oportet
me esse: Et ipsi non intellexerunt uerbum · quod locutus
est ad illos: Et descendit cum eis et uenit nazareth · et erat
subditus illis: Et mat eius conseruabat omnia uerba hęc
conferens in corde suo · Et ihesus proficiebat sapientia et ętate
et gratia · apud dm̃ et homines. FERIA VI ·

IN ILLO TEMPORE · SE · C · 10 · H · NE ·

Cum audisset ihesus quod iohannes traditus est · secessit
in galileam · Et relicta ciuitate nazareth · uenit et habita
uit in capharnaum maritima · in finib; zabulon et

neptalim · ut impleretur quod dictum ē per isaiam ppheta
dicentem · Terra zabulon et terra neptalim · via maris trans
iordanem galileę gentium · Populus qui sedebat in tenebris
lucem uidit magnam; Et sedentib· in regione et umbra mor
tis· luxorta est eis· Exinde coepit ihē · pdicare et dicere ·
Penitentiam agite· appropiat enim regnum ęlorū ·
hillo tempore. SECUNDY IO·II·
Vidit iohannes ihm̄ uenientem
ad se· et ait · Ecce agnus di· qui tollit peccata mundi· hic est
de quo dixit · Post me uenit uir qui ante me factus est qa
prior me erat · Et ego nesciebā eum · sed ut manifestetur
israhel · Propterea uenio ego · in aqua baptizans· Et testimo
nium phibuit iohannes dicens· Quia uidi spm̄ descenden
tem quasi columbam de celo· et mansit super eum · Et ego
nesciebam eum · sed qui misit me baptizare in aqua · ille m̄
dixit · Super quē uideris spm̄ descendentē et manentem
super eum · hic est qui baptizat in spū scō · Et ego uidi et testi
monium phibui · quia hic est filius di OCT·III·OPH·
SECUNDUM MATHEUM

Illo tempore. Venit ihe a galilea in iordanen
ad iohannem. ut baptizaretur a eo. Iohannes autem pro
hibebat eum dicens. Ego a te debeo baptizari. & tu venis
ad me. Respondens autem ihe dixit ei. Sine modo. sic
enim decet nos adimplere omnem iusticiam. Tunc di
misit eum. Baptizatus autem ihe. confestim ascendit de aqua
Et ecce aperiunt ei celi. et vidit spm di descendentem sicut
columbam. et venientem super se. Et ecce vox de celis dicens
Hic est filius meus dilectus. in quo mihi complacui.

Illo tempore. NAT. SCI FELICIS EN PIN
Dixit ihe discipulis suis. CIS. SCD IVC.
Qui vos audit. me audit. Et qui vos spernit. me sper
nit Qui autem me spernit. spernit eum qui me misit. Re
versi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes.
Dne. etiam demonia subiciuntur nobis in nomine
tuo. Et ait illis. Videbam satanam sicut fulgur de celo
cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super ser
pentes & scorpiones. et super omnem potestatem inimici.
et nihil vobis nocebit Veruntamen in hoc nolite gaudere.

quia spi uobis subiecimur. Gaudete autē. quod nomina
uīa scripta sunt in celis. N̄ T̄ S̄ CĪ MAR̄ CELLIM̄TR̄
In illo tempr̄. Dixit S̄ CD̄ MATHEUM.
ihe discipulis suis. parabolam hanc. Homo quida
peregre pficiscens. uocauit seruos suos et tradidit illis
bona sua. Et uni dedit quinq; talenta. alii autem
duo alii uero unum. Vnicuq; secm̄ ppriam uirtu
tem et pfectus est statim. Abiit autem qui quinq;
talenta acceperat. et operatus in eis et lucratus est alia
quinq; Similiter qui duo acceperat. lucratus est alia
duo. Qui autem unum acceperat. abiens fodit in te
rra et abscondit pecuniam domini sui. Post multum
uero temporis uenit dn̄s seruorum illorum et posuit
rationem cum eis. Et accedens qui quinq; talenta ac
ceperat. obtulit alia quinq; talenta dicens. D̄ne quinq;
talenta mihi tradidisti. ecce alia quinq; sup lucratus
sum. Euge bone serue et fidelis. quia super pauca
fuisti fidelis supra multa te constituam. intra in gau
dium dn̄i tui. Accessit autē et qui duo talenta acceperat

et ait. Domine. duo talenta mihi tradidisti. ecce alia
duo lucratus sum. Ait illi dns eius. Euge serue
bone et fidelis. quia sup pauca fuisti fidelis supra
multa te constituam. Intra in gaudium dni tui.
In illo tempore. EBDOMADA II
Nupcie facte sunt in chana galilee SCD IOH
et erat mater ihu ibi. Vocatus e autem et ihs et discipuli
eius ad nupcias. Et deficiente uino. dicit mater ihu
ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei ihs. Quid mihi
et tibi est mulier. Nondum uenit hora mea. Dicit mater
eius ministris. Quodcumq dixerit uobis facite. Erant
autem ibi lapidee hydrie sexposite. secdm purificatio
nem iudeorum. capientes singule metretas. binas uel ter
nas. Dicit eis ihs. Haurite nunc. et ferte architriclino.
Et tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aqua uinum
factum. et non sciebat unde est ministri autem sciebant
qui hauserant aquam. Vocat sponsum architriclinus.
et dicit ei. Omis homo primum bonum uinum ponit. et
cum inebriati fuerint. tunc id quod deterius. Est

Tu autē seruasti uinum bonum usq; huc. Hoc fecit initium
signorum ihē in chana galileę. et manifestauit glam suā
Et crediderunt eum discipuli eius. FERIA·III·
IN illo tempore. SCD LYCAM·
Regressus ē ihē in uirtute spī in galileam. et fama exiit p
uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in sinagogis
eorum. et magnificabatur ab omib; Et uenit nazareth
ubi erat nutritus. et intrauit secm consuetudinem suam
die sabbati in sinagogam. et surrexit legere. Et traditus
ē illi liber. isaię pphę. Et reuoluit librum. inuenit
locum ubi scriptum erat. Spī dni sup me ppt quod unxit
me. euangelizare pauperib; misit me. Sanare con
tritos corde. pdicare captiuis remissionem. et cecis uisum
Dimittere confractos. in requiem. pdicare annū dni. accep
tum dni. et diem retributionis. Et cum plicuisset librum
reddidit ministro et sedit. Et omium in sinagoga oculi
erant intendentes in eum. Cepit autē dicere ad illos. Quia
hodie impleta ē hęc scriptura in auribus uris. Et omis testi
monium illi dabant. et mirabantur in uerbis grē. quę

Ipcedebam dore ipsius. FERIA · VI ·
In illo tempore. SECD MARCV
Egressus ihe abiit in patriam suam · et sequebantur eum
discipuli eius · Et cepit sabbatis in sinagoga docere · et multi
audientes admirabantur in doctrina eius dicentes · Un
de huic hec omia · & que e sapienia que data e illi · et
uirtutes tales que p manus eius efficiuntur · Nonne hic e
fabri filius et marie frat iacobi et ioseph et iude et simo
nis · non ne et sorores eius hic nobiscum sunt · & scanda
lizabantur in illo · Et dicebat eis ihe · Quia non e ppheta
sine honore · nisi in patria sua · et in cognatione sua · & in
domo sua · Et non poterat ibi uirtute ullam facere · nisi
paucos infirmos impositis manib · curauit · Et mirabat
ppt incredulitate illorum. SABBATO
In illo tempore. SCT Q · SCD · IIII CA ·
Descendit ihe capharnaum ciitate galilee · ibiq docebat
illos sabbatis · Et stupebant in doctrina eius · quia in
potestate erat sermo eius · Et in sinagoga erat homo ha
bens dimonium immundum · et exclamauit uoce magna

dicens. Sine quid nobis et tibi ihu nazarene venisti
perdere nos. Scio te quis sis di. Et increpauit
illum ihc dicens. Obmutesce et exi abeo Et cum
precisset eum dimonium in medium exiit a illo. nil
q illum nocuit Et factus e pauor omib. et col
loquebantur adinuicem dicentes. Quid e hoc uer
bum quia in potestate et uirtute imperat spiritib. in
mundis exeunt Et diuulgatur fama de illo. in omne
locum regionis. EB DOMADA III.
IN QUOTEMPORE. SCD MATH.
Cum descendisset ihc de monte. secute sunt eum
turbe multe. Et ecce leprosus ueniens adorauit eum
dicens. Dne si uis. potes me mundare. Et extendens
ihc manu. tetigit eum dicens. Volo mundare. Et
confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihc Ci
de nemini dixeris. sed uade ostende te sacerdoti et
offer munus quod pcepit moses in testimonium illis
et gentib. Cum autem introisset capharnaum. accessit
ad eum centurio rogans eum et dicens. Dne puer

meus iacet in domo paralyticus et male torquetur. Et
ait illi ihc; Ego veniam et curabo eum. Et respon
dens centurio ait. Domine non sum dignus ut intres sub
tectum meum. sed tantum dic verbo et sanabitur
puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate habens
sub me milites. Et dico huic vade et vadit. Et alio ve
ni et venit Et seruo meo fac hoc et fecit. Audiens autem
ihc miratus e et sequentibus se dixit. Amen dico vobis.
non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis.
quod multi ab oriente et occidente venient et recum
bent cum abraham et isaac et iacob in regno celorum
Filii autem regni eicient in tenebras exteriores ibi erit
fletus et stridor dentium. Et dixit ihc centurioni
vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus e puer
illa hora. FERIA II.

In illo tempore. SCD IO II.

Egressus ihc in galileam inuenit philippum et dixit
ei. Sequere me. Erat autem philippus a bethsaida
ciuitate andree et petri. Inuenit philippus nathan

nabel. et dicit ei. Quem scripsit moyses in lege et pphete
inuenimus ihm̃ filium ioseph a nazareth. Et dixit ei
nathanahel. A nazareth potest aliquid bonu esse. Dicit
ei philippus. Veni. et uide. Vidit ihs nathanahel ue
nientem ad se et dicit de eo. Ecce uere israelita in quo dolus
non est. Dicit ei nathanahel. Vnde me nosti. Respondit
ihs. et dixit ei. Priusquam te philippus uocaret cum esses
sub ficu. uidi te. Respondit ei nathanahel. et ait. Rabbi.
tu es filius di. tu es rex israel. Respondit ihs et dixit ei
Quia dixi tibi uidisse te sub ficu credis. maiora his uidebis
Et dicit ei. Amen amen dico uobis. uidebitis celum
apertum. et angelos di ascendentes. supra filium ho
minis. FER. IIII. SECD MATHEUM.
In illo tempore. Circuibat ihs totam galileam.
docens in synagogis eorum. et pdicans euangelium
regni. et sanans omnem languorem et omnem infirmi
tatem in populo. Et abiit opinio eius in totam syriam.
Et obtulerunt ei omnes male habentes. uariis languoribus
et tormentis comphensos. et qui demonia habebant.

Et luna.m cos et paralim cos et cinaum eos. Et secute sunt
eum turbe multe. FER. VI. SEC MARC.
IN ILL OTE MPORE. Exeuntes pharisei
cum herodianis consilium faciebant adversus ihm̃ quomo
do eum pderent. Ihē aut̃ cum discipulis suis secessit ad mare
Et multa turba galilea et iudea secuta est eum. et ab hierosolimis et ab idumea. et transiordanen et qui circa tyrum
et sidonē multitudo magna audientes que faciebat venerunt ad eum Et dixit discipulis suis. ut navicula
sibi deseruiret ppter turbam. ne cōprimerent eum
Multos enim sanabat. ita ut irruerunt in eum. ut illum
tangerent quot quot habebant plagas. Et spi̇ immundi cum illum viderent pcidebant ei. et clamabant
dicentes filius di. Et vehementer cōminabat̃ illis. ne
manifestarent illum Et ascendens in montē. vocavit
ad se quos sibi erant ipsi. et venerunt ad eum. Et fecit ut
essent duodecim cum illo. et ut mitteret eos pdicare
evangelium. Et dedit illis potestatē curandi infirmitates.
et eiciendi demonia

In illo tempore. Dom. iiii. post mt.
Ascendente ihu in nauicula secutusum eum disci
puli eius. Et ecce motus magnus factus ē in mari. ita ut
nauicula operiretur fluctib. Ipse uero dormiebat.
Et accesserunt. et suscitauerunt eum dicentes. Dne sal
uanos perimus. Et die eis. Quidtimidi estis modice
fidei. Tunc surgens imperauit uentis et mari. et facta
est tranquillitas magna. Porro homines mirantes
dicentes. Qualis est hic. Quia uenti et mare obedium
t ei. Fer. iiii. Scd. ry ca
In illo tempore. Factum ē cum ibi illis in ua die
quidam ad ihm. Sequar te quocumq ieris. Et ait illi ihe
Vulpes foueas habent. et uolucres celi nidos. filius aut
hominis non habet ubi reclinet. Ait aut ad alterum.
Sequere me. Ille autem dixit. Dne permitte me primū
ire et sepelire patrē meum. Dixit ei ihe. Sine mortui
sepelire mortuos suos. Tu aute uade. et annuncia
regnum di. Et ait alt. Sequar te dne. sed primū per
mitte mihi renunciare his quę domi sunt. Et ait ad

illum ihe. Nemo mittit manum suam in aratrum. et
aspiciens retro. aptus est regno di. FR VI.
IN illo tempore. SCD MARCVM
Offerebant ihu paruulos ut tangeret eos. Discipuli aut
comminabantur offerentib; Quos cum uidisset ihe.
indignatus est. Et ait illis. Sinite paruulos uenire
ad me. et ne prohibueritis eos. talium est enim regnu celor
Amen dico uobis. qui non receperit regnum di sicut
puer. non intrabit in illud. Et complexans eos. et im
ponens manus sup illos. benedicebat eos. SABBAT.
IN illo tempore. SCD. IOHANN.
Dixit ihe turbis. Operamini non cibum qui pereat
sed qui permanet in uita aeternam. quem filius hominis
dabit uobis. Hunc enim pat signauit ds. Dixerunt
ergo ad eum. Quid faciemus ut operemur opera di. Re
spondit ihe. et dixit eis. Hoc est opus di. ut credatis
in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei. Qd ergo tu
facis signum. ut uideamus et credamus tibi. quid
operaris. patres nri manducauerunt manna in de-

in deserto · sicut scriptum est · panem de celo dedit eis man
ducare · Dixit ergo eis ihc · Amen dico uobis · non mo
yses dedit uobis panem de celo · sed pater meus dat
uobis panem de celo uerum · Panis enim dei est qui des
cendit de celo · et dat uitam mundo · Dixerunt ergo
ei · Dne · da nobis semper hunc panem · Dixit autem
eis ihc · Ego sum panis uitae · qui uenit ad me non
esuriet · et qui credit in me · non sitiet unquam ·
Illo tempore · Dom · v · post th
Respondens ihc dixit · Sco Mathey ·
Confiteor tibi dne · pater celi et terre · quia abscon
disti hec a sapientib · et prudentib · et reuelasti ea par
uulis · Ita pater · quio sic fuit placitum ante te · Omia mihi
uadita sunt a patre meo · Et nemo nouit filium nisi
pater · neq patrem quis nouit nisi filius · et cui uoluerit
filius reuelare · Venite ad me omes qui laboratis · et one
rati estis · et ego reficiam uos · Tollite iugum meum sup
uos · et discite a me quia mitis sum et humilis corde · et
inuenietis requiem animab uris · Iugum enim meum

Iusuue ē et uniss meum leue. Nt. S. Triscey
Illo tempore. S. c. D. Mathey
Dixit ihē discipulis suis parabolam hanc. Simile
est regnum celorum decem uirginib; que accipientes
lampades suas exierunt obuiam sponso et sponse.
Quinq autem ex eis erant fatue et quinq prudentes.
Sed quinq fatue. accepis lampadib; non sumpserunt
oleum secum. Prudentes uero. acceperunt oleum in
uasis suis cum lampadib. Moram autē faciente spon
so. dormitauerunt omes et dormierunt. Media autē
nocte clamor factus est. ecce sponsus uenit exite ob
uiam ei. Tunc surrexerunt omes uirgines ille. et or
nauerunt lampades suas. Fatue autē sapientib; dix
erunt. Date nobis de oleo uro. quia lampades nr̄e
extinguuntur. Responderunt prudentes dicentes.
Ne forte non sufficiat nobis et uobis. ite potius ad
uendentes et emite uobis. Dum autē uenit emere.
uenit sponsus. Et que parate erant intrauerunt cum
eo ad nuptias et clausa ē ianua. Nouissime uero

ventura et reliq virgines dicentes: Dne dne aperi
nobis: At ille respondens ait: Amen dico vobis nescio
vos: Vigilate itaq quia nescitis diem neq horam.
In illo tempore NAT S FABIANI ET SEBASTIANI SCD LVC.
Descendens ihc de monte stetit in loco campestri et
turba discipulorum eius et multitudo copiosa
plebis a omni iudea et hierusalem et maritima et tyri
et sidonis qui venerant ut audirent eum et sanarent
a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritib; im
mundis curabantur. Et omis turba querebat eum
tangere quia virtus de illo exibat et sanabat omes.
Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat Bea
tri pauperes spu quia vrm est regnum di. Beati qui
nunc esuritis quia saturabimini. Beati qui nunc
fletis quia ridebitis. Beati estis cum vos oderint ho
mines et cum separaverint vos et exprobraverint no
men vrm tanquam malu ppter filium hominis.
Gaudete in illa die et exultate ecce enim merces
vra multa e in celis; NAT S AGNETIS VIRGINIS.

In illo tempore. Scd̄ Matheum.

Dixit ihc̄ discipulis suis parabolam hanc. Simile ē
regnum cęlorum thesauro abscondito in agro. quem
qui inuenit homo abscondit. et pg̃audio illius uadit
et uendit uniuersa quę habet. et emit agrum illum.
Iterum simile est regnum cęlorum homini negociato
ri. querenti bonas margaritas. Inuenta autē una pre
tiosa margarita. abiit et uendidit omnia quę habuit et
emit eam. Iterum simile est regnum cęlorum sagenę
misse in mare. et ex omni genere piscium congreganti;
Quam cum impleta esset educentes et secus litus seden
tes. egelegerunt bonos in uasa. malos aut foras miserūt
Sic erit in consummatione seli. Exibunt angeli. et se
parabunt malos de medio iustorum et mittent eos in
caminum ignis ibi erit fletus et stridor dentium.
Intellexistis hęc omnia. Dicunt ei etiam. Ait illis. Ideo
omnis scriba doctus in regno cęlorum similis ē homi
ni patri familias. Qui profert de thesauro suo noua et
uetera; Hat̄ s̄ Vincentii martyris.

In illo tempore. SCDM IOHANNEM.

Dixit ihs discipulis suis: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo custodit eam in vitam aeternam. Si mihi ministrat me sequatur. Et ubi sum ego illic et minister meus erit. Si mihi ministrabit honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam. Pater salvifica me ex hora hac. Sed propter hoc veni in hanc horam. Pater glorifica nomen tuum. Venit ergo vox de caelo. Et glorificavi et iterum glorificabo. Turba ergo quae stabat audiebat et dicebat tonitrum factum esse. Alii dicebant angelus eum locutus est. Respondit ihs et dixit. Non propter me haec vox venit sed propter vos. Nunc iudicium est huius mundi. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Et ait illi turba. Nos audivimus de lege quia christus manet in aeternum. Et quomodo tu dicis oportet filium hominis exaltari. Quis est iste filius hominis. Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lumen habetis. Ut non vos tenebrae comprehendant. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. Dum lumen habetis credite in lumen. Ut filii lumen sitis. Haec locutus est ihs. Et abiit et abscondit se a eis.

In illo tempore. SCDM MATHEUM.

Dixit simon petrus ad ihm. Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis. Ihs autem dixit eis. Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis et vos super sedes iudicantes duodecim tribus israhel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum. Centuplum accipiet et vitam possidebit. PURIFICAT SCAE MARIAE VIRG.

In illo tempore. SCDM LUCAM.

Postquam impleti sunt dies purgationis mariae secundum legem moysi tulerunt ihm in hierusalem ut sisterent eum domino sicut scriptum est in lege domini. Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum domino vocabitur. Et ut darent hostiam secundum

quod dictum ē in lege dni: paruulorum aut duos pullos
columbarum. Et ecce homo erat in hierusalem: cui nomen
symeon. Et homo iste iustus et timoratus: expectans con
solationem israhel et sps sēs erat in eo. Et responsum acce
perat a spō sō: non uisurum se mortē: nisi prius uideret
xpm dni. Et uenit in spō in templum. Et cum inducerent
puerum ihm parentes eius ut facerent secdm consuetudinē
legis pro eo: et ipse accepit eum in ulnas suas: et benedixit
dni et dixit. Nunc dimittis seruum tuum dne: secdm
uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare
tuum. quod parasti ante faciem omnium populorum.
lumen ad reuelationem gentium: et gliam plebis tue
israhel. ℣ AT S AGATHE VIRG. REQ IHNI PRISCE. V.
℣ ILLO TEMPORE. Simile ē regnū
celorum x. uirgib; ℣ AT. S VALENTINI MR. SCI LVCE.
℣ ILLO TEMPORE. Dixit ihs discipulis suis:
Si quis uult post me uenire abneget semet ipsum et tol
lat crucem suam et sequatur me. Qui enim uoluerit an
mam suam saluam facere: pdet eam. Nam qpdidert

animam suam ppter me· saluam faciet eam· Quid enim
prodest homini si lucretur universum mundum se autem
ipsum perdat et detrimentum sui faciat· Namque me
erubuerit et meos sermones· hunc filius hominis erube
bescet cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum
angelorum· Dico autem vobis vere· sunt aliqui hic
stantes qui non gustabunt mortem· donec videant
regnum dei; CATHEDRA SCI PETRI·

IN ILLO TEMPORE· SCDM MATHEVM·

Venit ihc in partes cesaree philippi et interrogabat dis
cipulos suos dicens· Quem dicunt homines esse filium
hominis· At illi dixerunt· Alii iohannem baptistam·
alii autem heliam· alii vero hieremiam· aut unum ex
prophetis· Dicit illis ihc· Vos autem quem me esse dicitis·
Respondens autem simon petrus dixit ei· tues xpc filius
dei viui· Respondens autem ihc· dixit ei· Beatus es
simon bariona· quia caro et sanguis non revelauit
tibi· sed pater meus qui in celis est· Ego dico tibi· quia
tues petrus· et super hanc petram· aedificabo ecclesiam

meam. Et porte inferi non preualebunt aduersus
eam. et tibi dabo claues regni celorum. Et quod
cumq; ligaueris super terram. erit ligatum et celis
Et quodcumq; soluueris super terram. erit solutum
et celis. Nt. sc̄ Mathei apli.

In illo tempore. sc̄d Johannem. mathei apli. i

Dixit ihe discipulis suis. Vos estis saltere. Quod
si saluauerit in quo saletur. Ad nihil ualet ultra
nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominib;
Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi.
supra montem posita. Neq; accendunt lucernam. et po
nunt eam sub modio. sed supra candelabrum ut luceat
omib; qui in domo sunt. Sic luceat lux ua. coram
hominibus. ut videant ua bona opera. Et glorifi
cent patrem uum. qui celis e. Nt. s. Greg.

In illo tempore. sc̄d Mathe.

Dixit ihe discipulis suis. Vigilate quia nescitis.

In illo tempore. Nt. s. Benedi abb. sc̄d

Dixit Simon petrus ad ihm. Ecce nos reliqm. Mtthe.

omia et secum sum' te. ANNVNTIATIO S. MARIE.

Illo tempore. SCD IV CAM.

Missus est angelus gabriel. DOM. IN LXX.

Illo tempore. SCD MATHEV.

Dixit ihe discipulis suis parabolam hanc. Simile est
regnum celorum homini patri familias qui exiit primo
mane conducere operarios in uineam suos. Conuenito
ne autem facta cum operariis ex denario diurno misit
eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam uidit
alios stantes in foro ociosos. et illis dixit. Ite et uos in
uineam. et quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abi
erunt. Iterum autem exiit circa sextam et nonam horam
et fecit similiter. Circa undecimam uero exiit. et inuenit
alios stantes. et dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi.
Dicunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et uos
in uineam meam Cum sero autem factum esset. dicit dns
uineę pannario suo. Voca operios. et redde illis mercedem.
Incipiens a nouissimis usq. ad primos. Cum uenissent ergo
qui circa undecimam horam uenerant. acceperunt singu

los denarios. Venientes autem et primi arbitrabantur quod
plus essent accepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos dena
rios. Et accipientes murmurabant adversus patrem fami
lias dicentes. Hi novissimi una hora fecerunt. Et pares illos
nobis fecisti qui portavimus pondus diei et estus. At ille
respondens unum eorum dixit. Amice non facio tibi injuriam.
Nonne ex denario convenisti mecum. tolle quod tuum est
et vade. Volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi.
Aut non licet mihi quod volo facere. an oculus tuus nequam
est quia ego bonus sum. Sic erunt novissimi primi et pri
mi novissimi. Multi enim sunt vocati. pauci vero electi.

HIS TEMPORE. FER. IIII. SEPTUAGESIME.

Egressus ihesus ibat per galileam. nec volebat quemquam
scire. Docebat enim discipulos suos. et dicebat illis. Quoniam
filius hominis tradetur in manus hominum. et occident
eum. et tertia die resurget. At illi ignorabant verbum. et
timebant eum interrogare. Et venerunt capharnaum.
Cum essent domi. interrogabat eos. Quid in via tracta
batis. Illi autem tacebant. Siquidem inter se in via dispu

tuerum qui esse illorum maior. Et residens uocauit
duodecim. et ait illis. Si quis uult primus esse erit omnium
nouissimus et omnium minister. Et assumens puerum
stauit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset. ait
illis. Quisquis unum exhuiusmodi puerum receperit in nomine
meo. me recepit. Et quicumque me susceperit. non me suscepit
sed eum qui me misit. Qui habet aures audiendi. audi
at. FR. VI. SCD LVCAM.
IN illo tempore. Factum est dum complerentur
dies assumptionis eius. et ipse faciem suam firmauit
ut iret in hierusalem misit nuntios ante conspectum suum.
Et euntes intrauerunt in quamdam ciuitatem samaritanorum. ut para
rent illi. et non receperunt eum. quia facies eius erat euntis
in hierusalem. Cum uidissent autem discipuli eius iacob.
et iohannes dixerunt. Domine. uis dicimus ut ignis descen
dat de celo. et consumat illos sicut helias fecit. Et con
uersus increpauit illos dicens. Nescitis cui spiritui estis filii
hominis non uenit animas perdere. sed saluare. Et
abierunt in aliud castellum. DOM. IN IX.

In illo tempore. Scd̄ Lucam.
Cum turba plurima conueniret et de ciuitatib̄ ppe
rent ad eum dixit p similitudinem. Exiit qui sem
inat seminare semen suum. Et dum seminat aliud
cecidit secus uiam et conculcatum ē et uolucres celi
comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram. et
natum aruit quia non habebat humorem. Et aliud
cecidit inter spinas. et simul exorte spinę suffocauerūt
illud. Et aliud cecidit in terram bonam. et ortum fecit
fructum centuplum. Hęc dicens clamabat. Qui habet
aures audiendi audiat. Interrogabant autem eum
discipuli eius. que ēt hęc parabola. Quib̄ ipse dixit
Vobis datum ē nosse mysterium regni dei. ceteris autē
in parabolis. ut uidentes non uideant et audientes non
Est autem hęc parabola. Semen ē uerbum dei. Qui autē
secus uiam. hi sunt qui audiunt. deinde uenit diabo
lus et tollit uerbum de corde eorum. ne credentes salui
fiant. Nam qui supra petram. qui cum audierint cum
gaudio suscipiunt uerbum. Et hi radices non habent.

quia adtemp̃ credunt et intempore temptationis
recedunt. Quod autem inspinis cecidit. hi sunt qui au
dierunt et a sollicitudinib̃; et diuitiis et uoluptatib; uitę
euntes suffocantur. et non referunt fructum. Quod aut̃
in bonam terram hi sunt qui in corde bono et optimo
audientes uerbum retinent Et fructum afferunt in pa
cientia. Fer. IIII. Sc̃d̃ Matheu.
In illo tempore. Dixit ihc̃ pharisęis. Qui non
est mecum. contra me ē. Et qui non congregat mecum.
spargit. Ideo dico uobis. Omne peccatum et blasphemia
remittetur hominib. spi. autem blasphemię ñ remitte
tur. Et quicumq; dixerit uerbum contra filium homi
nis. remittetur ei. Qui aut̃ dixerit contra spm̃ sc̃m. non
remittetur ei. neq; in hoc seculo. neq; in futuro. Aut fa
cite arborem bonam. et fructum eius bonum. Aut fa
cite arborem malam. et fructum eius malum. Siqui
dem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies uiperarũ.
quomodo potestis bona loqui cum sitis mali. Ex ha
bundantia enim cordis. os loquitur. Bonus homo

de bono thesauro profert bona. Et malus homo de malo
thesauro profert mala. Dico autem uobis; Quod omne
uerbum ociosum quod locuti fuerint homines red
dent rationem de eo in die iudicii. Ex uerbis enim
tuis iustificaberis. et ex uerbis tuis condempnaberis.

IN ILLO TEMPORE. FR. VI. SCD LVC.

Interrogatus ihe a pharisei. quando uenit
regnum di. Respondit eis et dixit. Non uenit reg
num di cum obseruatione neq; dicent ecce hic. aut
ecce illic. Ecce enim regnum di intra uos est. Et ait
ad discipulos suos. Venient dies ut desideretis uide
re unum diem filii hominis. et non uidebitis. Et
dicent uobis. ecce hic et ecce illic. nolite ire neq;
sectemini. Nam sicut fulgur coruscans de sub celo.
in ea que sub celo est fulget. ita erit filius hominis in
die sua. Primum autem oportet illum multa pati. et re
pbari a generatione hac. Et sicut factum est in diebus
noe. ita erit in diebus filii hominis. Edebant et bibebant.
uxores ducebant et nubebant. usq; in diem qua in

trauit noe in arcam. Et uenit diluuium. et perdidit
omnes. Similiter factum e in diebus loth. Edebant et
bibebant. emebant et uendebant plantabant et edi
ficabant Qua die autem exiit loth a sodomis. pluit
ignem et sulphur de celo. et omnes perdidit Secundum hec
erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa ho
ra qui fuerit in tecto et uasa eius in domo ne descende
re tollere illa. et qui in agro similiter non redeat retro
Memores estote uxoris loth. Quicumque autem quesierit
animam suam saluare. perdet illam. Et qui perdiderit
illam propterme. saluam faciet illam. Dico autem uobis.
in illa nocte erunt duo in lecto uno. unus assumetur
et alius relinquetur Duo molentes erunt in unum.
una assumetur et unus relinquetur. Respondentes dicunt
ei. Vbi domine. Quibus ipse dixit. Vbicumque fuerit
corpus illuc congregabuntur aquile. SABBATO
IN ILLO TEMPORE. SECUNDUM LUCAM.
Dixit ihesus discipulis suis. Attendite uobis ne forte
grauentur corda uestra in crapula et ebrietate. et curis.

hui uice · et super uenit in uos repentina dies illa ·
Tamquam laqueus enim sup uenit in omes qui sedent
sup faciem omis terre Vigilate itaq omni tempore
orantes ut digni habeamini fugere ista omia que futu
ra sunt · Et stare · ante filium hominis: Dom · In illo
tempore · Sed lucam ·
Assumpsit ihe duodecim et ait illis: Ecce ascendimus
hierosolima · et consumabuntur omia que scripta sunt
per pphetas de filio hominis: Tradetur enim gentib · et illu
detur et flagellabitur et conspuetur · Et post quam fla
gellauerint occident eum et die tertia resurget · Et ipsi
nihil horum intellexerunt · Et erat uerbum istud abscon
ditum abeis · et non intellegebant quedicebantur · Fac
tum e autem cum appropinquaret iericho · cecus quidam
sedebat secus uiam mendicans · Et cum audiret turba
pteuntem interrogabat quidhoc esset · Dixerunt autem
ei · quod ihe nazarenus transiret · Et clamauit dicens ·
Ihu fili dauid · miserere mei · Et qui pibant increpa
bant eum ut taceret · Ipse uero multomagis clamabat

filii dauid miserere mei. Stans autē ihc iussit eum
adduci. Et cum appropinquasset interrogauit illum
dicens. Quid tibi uis faciam. At ille dixit. Dnē ut u
deam. Et ihc dixit ei. Respice fides tua te saluum fecit.
Et confestim uidit. et sequebatur illum magnificans
dm; Et omis plebs ut uidit dedit laudem dō.

HIllo tempore. fr. iiii. Scd. Math.

Dixit ihc discipulis suis. Cum ieunatis. nolite fieri
sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas.
ut pareant hominib; ieunantes. Amen dico uobis. quia
receperunt mercedem suam. Tu autē cum ieunas. unge
caput tuum et faciem tuam laua. ne uidearis hominib;
ieunans. sed patri tuo qui ē in abscondito. Et pat tuus
qui uidet in abscondito. redde tibi. Nolite thesaurizare
uobis thesauros in terra. ubi erugo et tinea demolitur
et ubi effodiunt et furantur. Thesaurizate uobis thesau
ros in celo. ubi neq; erugo neq; tinea demolitur. et ubi fu
res non effodiunt nec furantur. Vbi enī est thesaurus
tuus ibi est et cor tuum;

In illo tempore. Fr̃ v. Sc̃d. Mth.
Cum intrasset ihc̃ capharnaum. Rogare in ii. ebdomad
p̃ theophaniae. Fr̃. vi Sec̃d Mathey.
In illo tempore. Dixit ihc̃ discipulis suis. Audisti
quia dictum est antiquis. Diliges proximũ tuum. et odio
habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico vobis. Diligite
inimicos vrõs. benefacite his qui oderunt vos. Et orate p
persequentib. et calumpniantib. vos. ut sitis filii patris vr̃i
qui in celis est. Qui solem suum oriri facit sup bonos et malos
et pluit sup iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui vos
diligunt. quam mercedem habebitis. Nonne et publicani
hoc faciunt. Et si saluaueritis fr̃s vr̃os tantum. quid am
plius facitis. Nonne het ita hoc faciunt. Estote ergo et
vos perfecti. sicut et pater vr̃ celestis perfectus est. Adtendite
ne iusticiam vr̃am faciatis coram hominib. ut videami
ni abeis. Alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ
vrm̃. qui in celis ẽ. Cum ergo facis elemosinam. noli tuba
canere ante te sicut hypocrite faciunt in synagogis et in
uicis. ut honorificentur ab hominib. Amen dico vobis.

quia receperunt mercedem suam Te ante faciente elemo
sinam · nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua · ut sit
elemosina tua in absconso Et pater tuus qui uidet in ab
sconso · reddet tibi · SABBATO ·
In illo tempore · SCD MARCU ·
Cum sero esset factum · erat nauis in medio mari · et ips
solus in terra · Et uidens discipulos suos laborantes inre
migando · erat enim uentus contrarius eis · Et circa
quartam uigiliam noctis · uenit ad eos ambulans super
mare · et uolebat preterire eos · At illi ut uiderunt eum am
bulante sup mare · putauerunt fantasma esse et exclama
uerunt · Omnes enim eum uiderunt · et conturbati sunt ·
Et statim locutus est cum eis · et dixit eis · Confidite ·
ego sum · nolite timere · Et ascendit ad illos in nauim ·
et cessauit uentus · Et plus magis in mase stupebant ·
Non enim intellexerunt de panib; erat enim cor illorum
obcecatum · Et cum transfretassent · peruenerunt in terra
genesareth · et applicuerunt · Cumq; egressi essent de nau ·
continuo cognouerunt eum · Et percurrentes uniuersa

regionem illam coeperunt ingrabbantes quisque mala
habebant circum ferre ubi audiebant eum esse. Et
quocumque introibat in uicos uel in uillas aut ciuitates
in plateis ponebant infirmos et deprecabantur eum ut ut
fimbriam uestimenti eius tangerent. Et quot quot
tangebant eum saluiebant. Dom̄ · I · Q · XL ·
Hill o tempore. Sc̄d · Mathey ·
Ductus ē ihc̄ in desertum a spū ut temptaretur a di
abolo. Et cum ieunasset quadraginta dieb. et quadra
ginta noctib. postea esuriit. Et accedens temptator dixit
ei. Si filius di es dic ut lapides isti panes fiant. Qui re
spondens dixit. Scriptum ē non in pane solo uiuit
homo. sed in omni uerbo quod procedit de ore di. Tunc assump
sit eum diabolus in scam̄ ciuitatem. et statuit eum super
pinnaculum templi. Et dixit ei. Si filius di es mitte te
deorsum. Scriptum ē enim quia angelis suis mandauit
de te et in manib. tollent te ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum. Ait illi ihc̄ rursum. Scriptum est non
temptabis dnm̄ dm̄ tuum. Iterum assumpsit eum

diabolus in montem excelsum valde. et ostendit ei
omnia regna mundi et gloriam eorum et dixit ei. Hæc
omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Tunc dicit
ei ihc. Vade satanas. Scriptum ē enim. Dnm dm tuū
adorabis. et illi soli servies. Tunc reliquit eum diabo
lus. et ecce angeli accesserunt. et ministrabant ei.

In illo tempore. FR. II.

Dixit ihc discipulis suis. SECD. MATHEU.

Cum venerit filius hominis in maiestate sua. et
omes angeli cum eo. Tunc sedebit super sedem maiestatis
suæ. et congregabuntur ante eum omes gentes. et sepa
rabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab hedis.
Et statuet oves quidem a dextris suis hedos autem
a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris erunt.
Venite benedicti patris mei. possidete paratum vobis
regnum a constitutione mundi. Esurivi enim et dedisti
mihi manducare. Sitivi. et dedisti mihi bibere.
Hospes eram. et collegisti me. Nudus. et operuisti me.
Infirmus. et visitasti me. In carcere eram. et venisti

adme. Tunc respondebunt a uisti dicentes: Onē. quan
do te uidimus esurientem a pauimus sicientē a dedi
mus tibi potum. Quando autē te uidimus hospitem a
collegimus te; Aut nudum. a cooperuimus te. Aut quan
do te uidimus infirmum. uel in carcere a uenimus ad
te. Et respondens rex dicet illis: Amen dico uobis: quā
diu fecistis uni de istis fratrib. meis minimis mihi fecistis.
Tunc dicet his qui a sinistris eius erunt. Discedite ame.
male dicti in ignem eternum. qui paratus ē diabolo a
angelis eius. Esuriui enim. a non dedistis mihi man
ducare. Situi. a non dedistis mihi potum. Hospes eā
a non collegistis me. Nudus a non operuistis me.
Infirmus a in carcere. a non uisitastis me. Tunc respon
debunt et ipsi dicentes: Onē. quando te uidimus
esurientē. aut sicientē aut hospitem. aut nudum. aut
infirmū. uel in carcere a non ministrauimus tibi.
Tunc respondebit illis: Amen dico uobis: quandiu
non fecistis uni de minoribus istis. nec mihi fecistis. Et ibū
bit in supplicium ēternū. Iusti autē in uitā eternam;

In illo tempore. FR. III. SCD MATH.
Cum ingressus esset ihs hierosolima cōmota è
universa civitas dicens. Quis est hic. Populi autē dicebant
Hic est ihs propheta a nazareth galilee. Et ingressus ihs
in templum dei. eiiciebat omnes vendentes et ementes
in templo et mensas nummulariorum et cathedras
vendentium columbas evertit. Et dicit eis. Scriptum
est. quia domus mea domus orationis vocabitur. Vos
autē fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt
ad eum ceci et claudi in templo. et sanavit eos. Videntes
autē principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit
et pueros clamantes in templo et dicentes. Osanna filio
david. indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid isti
dicunt. Ihs autē dixit eis. Utq; Num quam legistis quia
ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. Et
relictis illis. abiit foras extra civitatem in bethaniam.
Ibiq; docebat eos de regno dei. FR. IIII.
In illo tempore. SECD. MATH.
Accesserunt ad ihm scribe et pharisei. dicentes. Magister

volumus ut signum videre. Qui respondens ait illis.
Generatio mala et adultera signum querit. et signum
non dabitur ei nisi signum Jonae ppheta. Sicut fuit
Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus. sic erit
filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus.
Viri ninivite surgent in iudicio cum generatione ista.
et condempnabunt eam. quia penitentiam egerunt
in predicatione Jonae. Et ecce plus quam Jonas hic. Re
gina austri surget in iudicio cum generatione ista et
condempnabit eam. quia venit a finibus terre audire
sapientiam solomonis. Et ecce plus quam solomon hic.
Cum autem immundus spiritus exierit ab homine. ambulat
per loca arida. querens requiem et non inuenit. Tunc
dicit. Reuertar in domum meam. unde exiui. Et ue
nens inuenit uacantem scopis mundatam et ornatam
Tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequi
ores se. et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissi
ma hominis illius peiora prioribus. Sic erit et gene
rationi huic pessime. Adhuc eo loquente ad turbas.

ecce mat eius et fratres stabant foris querentes loqui et.
Dixit autem et quidam. Ecce mater tua et fratres tui foris
stant querentes te. At ipse respondens dicentibus sibi ait.
Quis est mater mea. et qui sunt fratres mei. Et extendens
manus in discipulos suos dixit. Ecce mater mea et fratres mei.
Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui misit
me. ipse meus frater. et soror et mater est. FER. V.
IN ILLO TEMPORE. SEC. IOHANNEM.
Dicebat ihe iudeis qui crediderunt ei iudeis. Si uos
manseritis in sermone meo. uere discipuli mei eritis. et cog
noscetis ueritatem. et ueritas liberabit uos. Responderunt
ei. Semen abrahe sumus. et nemini seruiuimus umquam
Quo modo tu dicis liberi eritis. Respondit eis ihe. Amen
amen dico uobis. quia omis qui facit peccatum seruus est
peccati. Seruus autem non manet domo in eternum. filius
autem manet in eternum. Si ergo filius uos liberauerit uere
liberi eritis. Scio quia filii abrahe estis. sed queritis me in
terficere. quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod
uidi apud patrem loquor. et uos que uidistis apud patrem

urm facitis. Responderunt et dixerunt ei. Pat̃ nr̃ abraha
est. Dicit eis ihc. Si filii abrahe estis opera abrahe facite.
Nunc aut̃ quaritis me interficere hominẽ qui veritatẽ
locutus sum vobis quam audiui a patre meo. Hoc abra
ham non fecit. Vos facitis opera patris vr̃i. Dixerunt itaq;
ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnũ patrem ha
bemus dm̃. Dixit eis ihc. Si dis pat̃ vr̃ esset. diligeretis utiq;
me. Ego enim ex dõ processi et veni. Neque enim a me ipso
veni. sed ille me misit. Quare loquelam meam non cog
noscitis. quia non potestis audire sermonẽ meum. Vos
ex patre diabolo estis et desideria patris vr̃i vultis facere.
Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit. quia
non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium. ex propris
loquitur. quia mendax est et pat̃ eius. Ego autẽ quia ve
ritatẽ dico. non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de
peccato. Si veritatẽ dico. quare vos non creditis mihi.
Qui est ex dõ. verba dei audit; ℣ R. Vi
Hill o tempore. Sec D. 10. H. Nec.
Erat dies festus iudeorum. et ascendit ihc hierosolimã

Est autem hierosolimis probatica piscina que cogno
minabatur hebraice bethsaida quinque porticus habens
In his iacebat multitudo magna languentium cecorum
claudorum expectantium aque motum. Angelus
aut dni secm tempus descendebat in piscinam et
movebatur aqua. Et qui prior descendisset in pis
cinam post motionem aque sanus fiebat aquacuq
detinebatur infirmitate. Erat autem quidam ho
mo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate
Hunc cum vidisset ihs iacentem. et cognovisset qua
iam multum tempus habere dicit ei. Vis sanus fieri
Respondit ei languidus: Dne. hominem non habeo
ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam.
Dum venio enim ego. alius ante me descendit. Dicit
ei ihs. Surge tolle grabatum tuum. et ambula.
Et statim factus est sanus homo. et sustulit grabatum
suum. et ambulabat. Erat autem sabbatum in illo
die. Dicebant igitur illi qui sanatus fuerat. Sabbatum
est non licet tibi tollere grabbatum tuum. Respon

du Quime sanum fecit · ille mihi dixit · tolle grabatū
tuum et ambula · Interrogabant ergo eum · Quis est ille
homo qui dixit tibi tolle grabatum tuum et ambula ·
Is autē qui sanus factus fuerat effectus · nescebat quis esset · Ihē
autē declinauit a turba constituta in loco · Postea in
uenit eum Ihē in templo · et dixit illi · Ecce sanus factus
es · iam noli peccare · ne deterius tibi aliquid contingat
Abiit ille homo et nunciauit iudeis · quia Ihs esset · q
fecit eum sanum · SABBATO
H ILLO TEMPORE · SCDM · MATTH ·
Assumpsit Ihē petrum et iacobum et iohannem fra
trem eius · et ducit illos in montē excelsum seorsum et
transfiguratus est ante eos · Et resplendit facies eius sicut
sol · uestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix ·
Et ecce apparuit illis moyses et helias cum eo loquen
tes · Respondens autē petrus · dixit ad Ihm · Drnē · bo
num est nos hic esse · si uis faciamus hic tria tabernā
cula · Tibi unum · et moysi unum · et elię unum ·
Adhuc eo loquente · ecce nubes lucida obūbrauit

vos. Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus.
in quo mihi cōplacui. ipsum audite. Et audientes dis
cipuli. ceciderunt in faciem suam. et timuerunt valde.
Et accessit ihc. et tetigit eos dixitq; eis. Surgite. nolite
timere. Leuantes autē oculos suos. neminem viderunt
nisi solum ihm. Et descendentib; illis de monte. pcepit
ihc dicens. Nemini dixeritis visionē. donec filius hom
inis. a mortuis resurgat. DOM. II. IN XL.
IN ILL O TEMPORE. SCD M. MATH.
Egressus ihc. secessit in partes tyri et sidonis. Et ecce
mulier cananea a finib; illis egressa. clamauit dicens.
Miserere mei dne fili dauid. filia mea male a demonio
vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes dis
cipuli eius. rogabant eum dicentes. Dimitte eam. quia
clamat post nos. Ipse autē respondens ait. Non sum missus
nisi ad oues quę perierunt domus israhel. At illa venit.
et adorauit eum dicens. Dne. adiuua me. Qui respondens.
ait illi. Non est bonum sumere panem filiorum. et mit
tere canib; At illa dixit. Etiam dne. Nam et catelli edunt

demicas quecadum demensa dominorum suorum. Tc
respondens ihc ait illis. Mulier magna tē fides tua fiat tibi
sicut uis. Et sanata est filia illius ex illa hora.

In illo tempore. Scd. iv cam.

Profectus ihc per gredieb.atur galileam nec uoleb.at quē
quam scire. Doceb.at autē discipulos suos. et dicebat illis.
Quō filius hominis tradetur in manus hominum et oc
cident eum. et occisus tertia die surget. At illi ignorabat
uerbum. et timebant eum interrogare. Et uenerunt caphar
naum. Quicum domi essent interrogabat eos. Quid inter
tractabat. At illi tacebant. Siquidem inter se uiam dis
putauerant. quis esset illorum maior. Et residens uocauit
duodecim. et ait illis. Si quis uult primus esse erit omiū
nouissimus et omnium minister. Et accipiens puerum statuit
eum in medio eorum. Quē cum plexatus est ait illis. Quisqis
unum ex huismodi pueris receperit in nomine meo me
receperit. Et quicumq me susceperit. non me suscipit
sed eum qui misit me. Respondit illi iohannes. dicens.
Magister. uidimus quendam in nomine tuo eiicientem

demonia qui non sequitur nos. et prohibuimus eum. Ihe
autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat
uirtutem in nomine meo. et possit cito male loqui de me.
Qui enim non est aduersum uos. pro uobis est. Quisquis enim
potum dederit uobis calicem aquę in nomine meo quia
xpi estis. Amen dico uobis. non perdet mercedem suam
Hillo tempore. Fer. II. Scd Iohannem
Dixit ihe turbis iudeorum. Ego uado et quaeretis me.
et in peccato uro moriemini. Quo ego uado. uos non
potestis uenire. Dicebant ergo iudei. Numquid mer
ficet semet ipsum quia dicit quo ego uado uos non
potestis uenire. Et dicebat eis. Vos de deorsum estis.
ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis. ego non sum
de hoc mundo. Dixi ergo uobis. quia moriemini in pec
catis uris. Si enim non credideritis quia ego sum. mo
riemini in peccato uro. Dicebant ergo ei. Tu quis es.
Dixit eis ihe. Principium. quia loquor uobis. Multa
habeo de uobis loqui et iudicare. sed qui misit me uerax
est. & ego quae audiui ab eo hęc loquor in mundo. Et

non cognouerunt quia patrem eis dicebat dm̄. Dixit
ergo eis ihē. Cum exaltauerritis filium hominis tunc cog
noscetis quia ego sum et a me ipso facio nihil. Sed sicut
docuit me pat̄. hęc loquor. Et qui misit me cū ē et ñ
reliquit me solum. Quia ego que placita sunt ei facio
semp. FERIA TERTIA. SCDM. MTH.
IN ILLO TEMPORE.
Locutus est ihc ad turbas et ad discipulos suos dicens.
Super cathedram moysi sederunt scribe et pharisei. Omia
ergo quecumq dixerint uobis seruate et facite. Sedm
opera uero eorum nolite facere. Dicunt enim et non faci
unt. Alligant autem onera grauia et importabilia et im
ponunt in humeros hominum. digito aut̄ suo nolunt
ea mouere. Omia uero opera sua faciunt ut uideantur
ab hominib. Dilatant enim philacteria sua et magni
ficant fimbrias. Amant aut̄ primos recubitus in cenis.
et primas cathedras in sinagogis et salutationes in foro et
uocari ab hominib. rabbi. Vos aut̄ nolite uocari rabbi
Vnus ē enim magister ur̄. Omes aut̄ uos fr̄es estis. Et patrem

nolite uocare uobis super terram. Unus ē enim pater uē
qui in cęlis est. Nec uocemini magistri. quia magister
uē unus ē xpc. Qui maior ē uēm. erit minister uē
Qui autem se exaltauerit. humiliabitur. Et qui se hu
miliauerit. exaltabitur. FERIA QUARTA.
IN ILLO TEMPORE. SECUNDUM MTH
Ascendens ihc hierosolimam. assumpsit duodecim
discipulos suos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus hie
rosolimam. et filius hominis tradetur principib. sacer
dotum et scribis. et condempnabunt eum morti. Et
tradent eum gentib. ad deludendum. et flagellandum
et crucifigendum. et tertia die resurget. Tunc accessit.
ad eum mat filiorum zebedei. cum filiis suis. adorans
et petens aliquid abeo. Quid uis. ait illi.
Ait illi. Dic ut sedeant hi duo filii mei. unus ad dexteram
tuam et unus ad sinistram in regno tuo. Respondens
autem ihc. dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calice
quem ego bibiturus sum. Dicunt. a possumus. Ait illis
Calicem quidem meum bibetis. sedere autē ad dexteram

meam et sinistram non est meum dare uobis. Sed
quib; paratum est a patre meo. Et audientes decem.
indignati sunt de duob; fratrib; Ihe autem uocauit eos
ad se. et ait. Scitis quia principes gentium dominan
tur eorum. et qui maiores sunt potestatem exercent in
eos. Non ita erit inter uos. Sed quicumq; uoluerit in
ter uos maior fieri. sit uester minister. Et qui uoluerit
inter uos primus esse. erit uester seruus. Sicut filius ho
minis non uenit ministrari. sed ministrare Et dare
animam suam redemptionem pmultis. FRIA. V.
HILLOTE MAYORE. SCDM. LVCAM.
DIxit ihe discipulis suis parabolam hanc Homo
quidam erat diues. et induebatur purpura et bisso
et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam men
dicus nomine lazarus. qui iaceba ad ianuam eius ul
cerib; plenus cupiens saturari demicis que cadebant
de mensa diuitis. Sed et canes uenebant. et lingebant
ulcera eius. Factum est autem ut moreretur mendicus
et portaretur ab angelis in sinum habrahe. Mortuus

est autem et dives: et sepultus est in inferno. Eleuans
autem oculos suos cum esset in tormentis uidit abraham
alonge: et lazarum in sinu eius. Et ipse clamans dixit.
Pat abraham miserere mihi et mitte lazarum ut intinguat
extremum digiti sui in aqua ut refrigeret linguam meam
quia crucior in hac flamma. Et dixit illi abraham. fili
recordare quia recepisti bona in uita tua: et lazarus simi
liter mala. Nunc autem hic consolatur: tu uero cruciaris. Et
in his omnibus inter nos et uos chaos magnum firmatum est:
ut hi qui uolunt hinc transire ad uos non possint. neque
indehuc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pat: ut mittas
eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres: ut
testetur illis: ne et ipsi ueniant in locum hunc tormen
torum. Et ait illi abraham. Habent moysen et prophetas:
audiant illos. At ille dixit. Non pat abraham: sed si quis
ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait autem
illi. Si moysen et prophetas non audiunt. neque si quis ex
mortuis resurrexerit credent. FERIA. VI.

IN illo tempore. SCDM. MATHEVM.

Dixit ihc̄ turbis iudeorum. Homo erat pat̄ familias
qui plantauit uineam. et sepem circumdedit eam et edi
ficauit in ea torcular. et edificauit turrim et locauit eam
agricolis. et peregre profectus ē. Cum autē tempus fruc
tuum appropinquasset. misit seruos suos ad agricolas ut ac
perent fructus eius. Et agricolæ apphensis seruis eius.
alium ceciderunt alium occiderunt alium uero lapi
dauerunt. iterum misit alios seruos plures prioribus. et
fecerunt illis similiter. Nouissime autē misit ad eos filiū
suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricole aut
uidentes filium. dixerunt intra se. Hic ē heres. uenite
occidamus eum et habebimus hereditatem eius. Et ap
phensum eum. eiecerunt eum extra uineam et occiderunt
Cum ergo uenerit dns uineæ. quid faciet agricolis illis.
Aiunt illi. Malos male pdet. et uineā suam locauit alis
agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Dic
illis ihc̄. Numquā legistis in scripturis. lapidem quem
reprobauerunt edificantes hic factus ē in caput anguli.
a dno factum ē istud. et est mirabile in oculis nris. Ideo

dico uobis: qui auferetur a uobis regnũ dei: et dabitur gen
tiacom fructus eius. Et qui ceciderit sup lapidem istum
confringetur. Sup quẽ uero ceciderit: conteret eum. Et
cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabo
las eius: cognouerunt quod de ipsis diceret. Et querentes
eum tenere timuerunt turbas: Quõ sicut ypheam eũ
habebant. SABBATO.

IN ILLO TEMPORE. SECUNDUM LUCAM

Dixit ihe discipulis suis parabolam hanc. Homo quida
habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis patri.
Pater da mihi portionem substantie: que me contingit.
Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies:
congregatis omnib: adolescentior filius peregre profectus e
in regionem longinquam: et ibi dissipauit substantiam
suam uiuendo luxuriose. Et post quam omia consu
masset: facta e fames ualida in regione illa et ipse cepit
egere. Et abiit et adhesit uni ciuium regionis illius: et
misit illum in uillam suam ut pasceret porcos. Et cupie
bat implere uentre suum de siliquis quas porci man

mandabam· et nemo illi dabat· Ipse autē in se reuersus
dixit· Quanti mercenarii in domo patris mei habun
dant panib; ego autē hic fame pereo· Surgam et ibo
ad patrem meum· et dicam ei· Pater peccauī in celum
et coram te· iam non sum dignus uocari filius tuus
fac me sicut unum de mercenarius tuis· Et surgens·
uenit ad patrē suum· Cum adhuc longe esset· indu
illum pater ipsius· et misericordia motus· Et occurrens
cecidit sup collum eius· et osculatus est eum Dixit ei
filius· Pater peccauī in celum et coram te· iam non sum
dignus uocari filius tuus· Dixit autē pater ad seruos
suos· Cito profere stolam primā et indute illum et
date anulum in manu eius· et calceamenta in pedes eius
Et adducite uitulum saginatum· et occidite et man
ducemus et epulemur· Quia hic filius meus mortuus
fuerat et reuixit· perierat et inuentus est Et ceperunt
epulari· Erat autē filius eius senior in agro· Et cum ue
nisset et appropinquasset domui· audiuit simphoniam
et chorum· Et uocauit unum de seruis· et interrogauit

que hęc essent. Isq; dixit illi. Frater tuus uenit. et occidit
pater tuus uitulum saginatum. quia saluum illum re-
cepit. Indignatus ē autē. et nolebat introire. Pater ergo illius
egressus. cepit rogare illum. At ille respondens. dixit patri
suo. Ecce tot annis seruio tibi. et num quā mandatum
tuum preterii. et num quam dedisti mihi hedum. ut cū
amicis meis epularer. Sed post quam filius tuus hic qui
devoravit substanciam suam cum meretricib; venit. occi-
disti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi. Fili tu sēp
mecum es. et omnia mea tua sunt. Epulari autē et gaudere
oportebat. quia hic frater tuus mortuus fuerat. et revixit
Perierat. et inventus ē. DOM. III.

In illo tempore. SCDM. LVCA.

Erat ihē eiciens demonium. et illud erat mutum. Et cū
eiecisset demonium locutus ē mutus. et admirate sunt
turbe. Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub prin-
cipe demoniorum. eicit demonia. Et alii temptantes.
signum de celo querebant abeo. Ipse autē ut uidit cogitati-
ones eorum dixit eis. Omnē regnum in seipsum divisum

desolabitur et domus super domum cadit. Si autem et satanas
in seipsum diuisus est. quomodo stabit regnum ipsius quia
dicitis in beelzebub ejicere me demonia. Si autem ego in beel
zebub ejicio demonia. Filii uri in quo ejiciunt. Ideo ipsi
iudices uri erunt. Porro si in digito di ejicio demonia: profecto
peruenit in uos regnum di. Cum fortis armatus custodit
atrium suum in pace sunt ea que possidet. Si autem for
tior illo superueniens uicerit eum: uniuersa arma eius auferet
in quib; confidebat et spolia eius distribuet. Qui non est me
cum. contra me est. Et qui non colligit mecum. dispergit. Cum
immundus spiritus exierit ab homine. ambulans per loca in aqui
sa quirens requiem et non inueniens dicit. Reuertar in do
mum meam. unde exiui. Et cum uenerit. inuenit scopis mun
datam et ornatam. Et tunc uadit et assumit septem alios
spiritus secum nequiores se. et ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima
hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cum hec
diceret. extollens uocem quedam mulier de turba. dixit
illi. Beatus uter. qui te portauit. et ubera que suxisti.
At ille dixit. Quin immo beati qui audiunt uerbum di.

Ie custodiunt illud; FER · II ·

H illo tempore· SCD IV CA ·

Dixerunt pharisei ad ihm· Quanta audimus facta
in capharnaum· fac et hic in patria tua· Ait autem
Amen dico uobis· quia nemo ppheta acceptus est in
patria sua· In ueritate dico uobis· Multe uidue erant
in diebus helie in israel· quando clausum est celum annis
trib; et mensib; sex· Cum facta esset fames magna in omni
terra· et ad nullam illarum missus est helias· nisi in
sarepta sidonie· ad mulierem uiduam Et multi
lepsi erant in israel sub eliseo ppheta· et nemo eorum
mundatus est· nisi naaman syrus· Et repleti sunt omnes
in sinagoga ira· hec audientes· Et surrexerunt et ei
cerunt illum extra ciuitatem· et duxerunt illum usq;
ad supercilium montis· supra quem ciuitas illorum erat
edificata· ut precipitarent illum Ihe uero transiens·
p medium illorum ibat· FERIA · III ·

H illo tempore· SCD M MATH ·

Respiciens ihe in discipulos suos· dixit simon petro

Si peccauerit in te frater tuus: uade et corripe eum inter
te et ipsum solum. Si te audierit: lucratus eris fratrem
tuum. Si autem non te audierit: adhibe tecum ad
huc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium
testium stet omne uerbum. Quod si non audierit eos:
dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut
ethnicus et publicanus: Amen dico uobis: quecumque
alligaueritis super terram erunt ligata et celo. Et quod
cumque soluetis super terram erunt soluta et celo.
Iterum dico uobis: quia si duo ex uobis consenserint
super terram de omni re quacumque petierint fiet illis a
patre meo qui celis est. Vbi enim sunt duo uel tres
congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum
Tunc accedens petrus ad eum: dixit. Domine quoties
peccauerit in me frater meus et dimittam ei usque septies
et: Dicit illi ihe. Non dico tibi septies: sed usque septuaies
septies. FERIA. IIII. SCD MATH
Illo tempore. Accesserunt
ad ihm abbiei et solimis scribe et pharisei dicentes:

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum.
Non enim lauant manus suas cum panem manducant
Ille autem respondens ait. Quare et uos transgredimini p̄
ceptum dei ppter traditionem uram̄ Nam ds dixit. Honora
patrem et matrem. Et qui male dixerit patri uel matri
morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumq; dixerit
patri uel matri munus quodcumq; ex me tibi pdest
& non honorificauit patrem suum aut matrem suam &
irritum fecistis mandatū dei ppter traditionem uram̄.
Hypocrite bene ppheauit de uobis isaias dicens. Populus
hic labijs me honorat. cor autem eorum longe est a me.
Sine autem causa colunt me. docentes doctrinas et man
data hominum. Et conuocatis ad se turbis. dixit eis.
Audite et intellegite. Non quod intrat in os coinquinat
hominem sed quod pcedit ex ore hoc coinquinat
hominem. Tunc accedentes ad eum discipuli eius. dix
erunt ei. Scis quia pharisei audito hoc uerbo scandali
zati sunt. At ille respondens ait. Omnis plantacio quam
non plantauit pat̄ meus celestis eradicabitur. Sinite

illos: cecidit duces cecorum. Ceci autem ceco ducatu
prestare nonne ambo in foueam cadunt. Respondens autem
petrus dixit ei. Edissere nobis parabolam istam. At ille
dixit. Adhuc et uos sine intellectu estis. Non intelligitis
quia omne quod in os intrat in uentrem uadit et in secessum
emittitur. Que autem procedunt de ore de corde exeunt et
ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogita
tiones male. Homicidia. adulteria fornicationes furta
falsa testimonia blasphemie. Hec sunt que coinquinant
hominem. Non lotis autem manib; manducare non
coinquinat hominem. FERIA. V.

In illo tempore. SCDM LUCA

Surgens ihc de sinagoga intrauit in domum simonis
Socrus autem simonis tenebatur magnis febribus. Et
rogauerunt illum pro ea. Et stans sup illam imperauit febri
et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis.
Cum sol autem occidisset omes quibabebant infirmos
uarijs languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis
manus imponens curabat eos. Exibant autem demonia.

amulus clamantia et dicentia · quia tuus filius di · Et in
crepans non sinebat ea loqui · quia sciebant ipsum eē
xpm̄ Facta autem die egressus ibat in desertum locum
et turbe requirebant eum · Et venerunt usq; ad ipsum
et detinebant illum ne discederet abeis · Quib; ille ait
Quia et aliis ciuitatib; oportet me euangelizare regnū
di · quia missus sum · Et erat pdicans in synagogis galileē

IN ILLO TEMPORE · FERIA · VI · SCD ·

Ihē fatigatus ex itinere sedebat sic sup IOHANNE ·
fontem · Hora erat quasi sexta · Venit mulier de samaria ·
haurire aquam · Dicit ei ihē · Da mihi bibere · Discipli
eius enim abierant in ciuitatem · ut cibos emerent · Dicit
ergo ei mulier illa samaritana · Quomodo tu iudeus
cum sis bibere a me poscis que sum mulier samari
tana · Non enim conuentur iudei samaritanis · Respon
dit ihē · et dixit ei · Si scires donum di · et quis est qui
dicit tibi da mihi bibere · tu forsitan petisses abeo · et
dedisset · tibi aquam uiuam Dicit ei mulier · Dnē
neq; in quo haurias habes et puteus altus est · Vnde

ergo habes aquam viuam? Num quid tu maior es patre
nro iacob qui dedit nobis puteum. et ipse exo bibit
et filii eius et pecora eius? Respondit ihe et dixit ei.
Omis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Qui autem
biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in eternum
Sed aqua quam ego dabo ei fiet in eo fons aque salien
tis in vitam eternam. Dicit ad eum mulier. Dne da
mihi hanc aquam ut non sitiam neq veniam huc
haurire. Dicit ei ihe. Vade voca virum tuum. et veni huc
Respondit mulier et dixit. Non habeo virum. Dicit ei ihe
Bene dixisti. quia non habeo virum. Quinq enim viros
habuisti. et nunc que habes non est tuus vir. Hoc vere
dixisti. Dicit ei mulier. Dne video quia ppheta es tu.
patres nri in hoc monte hoc adorauerunt. Et vos dicitis
quia hierosolimis est locus ubi adorare oportet. Die
ei ihe. Mulier crede mihi. quia venit hora. quando
neq in hoc monte hoc neq in hierosolimis adorabitis patre
Vos adoratis quod nescitis. nos adoramus quod scimus
quia salus ex iudeis est. Sed venit hora et nunc est.

quando veri adoratores adorabunt patrem in spū et
veritate. Nam et pater tales querit qui adorent eum;
Spīs est dīs et eos qui adorent eum in spū et veritate oportet
adorare. Dicit ei mulier. Scio quia messias venit qui
dicitur xp̄s. Cum ergo venerit ille adnunciabit omnia
Dicit ei ihs. Ego sum qui loquor tecum. Et continuo
venerunt discipuli eius et mirabantur quia cum muli
ere loquebatur. Nemo tamen dixit. quid queris aut
quid loqueris cum ea. Reliquit ergo hydriam suam
mulier. et abiit in ciuitatē. et dicit illis hominib; Venite
et videte hominem. qui dixit mihi omnia quecumq;
feci. Num quid ipse ē xp̄s. Exierunt de ciuitate. et
veniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli.
dicentes. Rabbi manduca. Ille autē dixit eis. Ego cibum
habeo manducare. quem vos nesciis. Dicebant ergo dis
cipuli ad invicem. Numqid aliquis attulit ei mandu
care. Dicit eis ihs. Meus cibus est ut faciam voluntatem
eius qui misit me. ut pficiam opus eius. Nonne vos dicis
quod adhuc quatuor menses sunt. et messis venit. Ecce

dico uobis: Leuate oculos uros: et uidete regiones: quia
albe sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit
et congregat fructum in uitam eternam. Vt et qui seminat
simul gaudeat et qui metit. In hoc enim est uerbum
uerum: quia alius est qui seminat et alius qui metit. Ego
misi uos metere: quod uos non laborastis: Alii laborauerunt:
et uos in labores eorum introistis. Ex ciuitate
autem illa: multi crediderunt in eum samaritanorum
propter uerbum mulieris testimonium phibentis: quia
dixit mihi omnia quecumq; feci. Cum uenissent ergo
ad illum samaritani: rogauerunt eum ut ibi maneret.
Et mansit ibi duos dies: Et multo plures crediderunt
propter sermonem eius: et mulieri dicebant: Quia iam non
propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus
et scimus: quia hic est saluator mundi. SABBATO.
IN ILLO TEMPORE. SCDM IOHANNEM.
Pertexit ihesus in monte oliueti: et diluculo rursum uenit
in templum. Et omnis populus uenit ad eum: et sedens
docebat eos. Adducunt autem scribe et pharisei mulierem

in adulterio deprehensam. et constituerunt eam in medio
et dixerunt ei. Magister. hæc mulier. modo deprehensa est
in adulterio. In lege autem. moyses mandauit nobis huiusmodi
lapidare. Tu ergo quid dicis. Hæc autem dicebant tentan
tes eum. ut possent accusare eum. Ihesus autem inclinans se
deorsum. digito scribebat in terra. Cum autem perseuerarent
interrogantes eum. erexit se. et dixit eis. Qui sine peccato
est uestrum. primus in illam lapidem mittat. Et iterum se
inclinans. scribebat in terra. Audientes autem unus post
unum exibant. incipientes a senioribus. Et remansit solus.
et mulier in medio stans. Erigens autem se ihesus dixit ei.
Mulier. ubi sunt qui te accusabant. Nemo te condemp
nauit. Quæ dixit. Nemo domine. Dixit ei ihesus Nec ego te
condempnabo. Vade. iam amplius noli peccare.

HIS TEMPORE. DOM. IIII. SEC. IOHANNEM.

Abiit ihesus trans mare galileæ. quod est
tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna. quia
uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur.
Subiit ergo in montem ihesus. et ibi sedebat cum discipulis

suis. Erat autem proximum pascha dies festus iudeorum.
Cum sublevasset ergo oculos ihe et vidisset quia multa
maxima venit ad eum dicit ad philippum Unde emen
mus panes ut manducent hi. Hoc autem dicebat temptans
eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit e
philippus. Ducentorum denariorum panes non suffici
unt eis ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit
ei unus ex discipulis eius andreas frat̃ simonis petri.
Est puer unus hic qui habet quinque panes ordeaceos et
duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos. Dixit ergo ihe
Facite homines discumbere. Erat aut̃ fenum multu
in loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinq
milia. Accepit ergo ihe panes et cum gias egisset distri
buit discumbentib; Similiter et ex piscib; quantum vo
lebant. Ut autem impleti sunt dixit discipulis suis. Colli
gite que superaverunt fragmenta ne pereant. Collegerũt
ergo et impleverunt duodecim cophinos fragmentorũ
ex quinq panib; hordeaceis que sup̃fuerunt his qui man
ducaverant. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat

signum dicebant. Quia hic est uere ppheta qui uenturus
est in mundum. FERIA SECUNDA.
In illo tempore. SCDM. IOHANNEM.
Prope erat pascha iudeorum. & ascendit ihs hierosolimam.
Et inuenit in templo uendentes boues & columbas et num
mularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis
omes eiecit de templo. Oues quoq; & boues et nummulariorum
effudit aes et mensas subuertit. Et his qui columbas uende
bant dixit. Auferte ista hinc. nolite facere domum patris mei
domum negociationis. Recordati uero sunt discipuli eius
quia scriptum est zelus domus tue comedit me. Respon
derunt ergo iudei. & dixerunt ei. Quod signum ostendis
nobis quia hec facis. Respondit ihs. et dixit eis. Solute templum
hoc. et in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo iudei. Quad
raginta et sex annis edificatum est templum hoc. et tu in tribus
diebus excitabis illud. Ille autem dicebat de templo corporis
sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli
eius quia hoc dicebat. et crediderunt scripture et sermoni
quem dixit ihs. Cum autem esset hierosolimis in pascha in

die festo · multi crediderunt in nomine eius videntes signa
que faciebat Ipse autem ihe non credebat semet ipsum eis ·
eo quod nosset omes · et quia eius opus non erat ut quis testimo
nium phiberet de homine · Ipse enim sciebat · quid erat
in homine; FERIA TERTIA · SCDM ·
HILLOTEMPORE · IOHANNEM ·
Iam die festo mediante · ascendit ihe in templum et docebat
et mirabantur iudei dicentes · Quomodo hic litteras scit cum
non didicerit · Respondit eis ihe et dixit · Mea doctrina
non est mea · sed eius qui misit me · Si quis voluerit voluntatem
eius facere · cognoscet de doctrina · utrum ex deo sit an ego
a me ipso loquar · Qui a semetipso loquitur · gloriam propriam
querit · Qui autem gloriam eius qui misit illum · hic verax est
et iustitia in illo non est · Nonne moyses dedit vobis legem
et nemo ex vobis facit legem · Quid me quaeritis interficere ·
Respondit turba et dixit · Demonium habes · quis te quaerit
interficere · Respondit ihe et dixit eis · Vnum opus
feci · et omes mirati sunt · Propter hoc moyses dedit vobis circum
cisionem · non quia ex moyse est sed ex patribus · et in sabbato

circumcidit hominem. Si circumcisionem accipit homo
in sabbato ut non soluatur lex mosi. mihi indignamini
quia totum hominem sanum feci in sabbato. Nolite iudi
care secundum faciem. sed iustum iudicium iudicate. Dicebant
ergo quidam ex hierosolimis. Nonne hic est quemquerunt
interficere. Ecce palam loquitur. et nihil ei dicunt.
Numquid uere cognouerunt principes quia hic est xpc.
Sed hunc scimus unde sit. xpc autem cum uenerit nemo
scit unde sit. Clamabat ergo docens in templo ihc. et dicens.
Et me scitis. et unde sim scitis. et a me ipso non uenio sed
est uerus qui misit me. quem uos nescitis. Ego scio eum.
quia ab ipso sum. et ipse me misit. Quaerebant ergo eum
apprehendere. et nemo misit in illum manus. quia non
dum uenerat hora eius. De turba autem multi crediderunt
in eum. FERIA QVARTA.

In illo tempore. Secundum Iohannem.

Praetiens ihc. uidit hominem caecum a natiuitate.
et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi. quis peccauit hic aut parentes eius. ut caecus nasceretur. Respon

dit ihe. Neque hic peccauit neq; parentes eius sed ut
manifestentur opera di in illo. Me oportet operari o
pera eius qui misit me. donec dies est. Venit nox. quan
do nemo potest operari. Quandiu in mundo sum. lux
sum mundi. Hec cum dixisset expuit in terram et
fecit lutum exsputo. et linuit lutum sup oculos eius
et dixit ei. Vade et laua in natatoria siloe. quod inter
pretatur missus. Abiit ergo et lauit. et uenit uidens. Itaq;
uicini et qui uidebant eum prius quia mendicus erat.
dicebant. Nonne hic e qui sedebat et mendicabat.
Alii dicebant quia hic e. alii autem nequaquam sed si
milis est eius. Ille uero dicebat. quia ego sum. Dicebant
ergo ei. Quomodo ergo apertasunt tibi oculi. Respon
dit. Ille homo qui dicitur ihe. lutum fecit et uinxit
oculos meos et dixit mihi. Vade ad natatoriam siloe.
et laua. Et abii et laui et uidi. Dixerunt ei. Vbi est
ille. ait. nescio. Adducunt eum ad pharisaeos. qui caecus
fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit ihe.
et aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum

pharisei · quomodo uidisset · Ille autem dixit eis · Lutum
posuit mihi super oculos · et lauo · et uideo · Dicebant ergo
ex pharisei quidam · Non est hic homo a dō · qui sabbatū
non custodit · Alii dicebant · Quomodo potest homo pec
cator hęc signa facere · Et scisma erat inter eos · Dicunt ergo
caeco iterum · Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos ·
Ille autē dixit quia pphēta ē · Non crediderunt ergo
iudei de illo quia cecus fuisset et uidisset · donec uocaue
runt parentes eius qui uiderat et interrogauerunt eos
dicentes · Hic ē filius uēr · quē uos dicitis quia cecus natus
est · quomodo ergo nunc uidet · Responderunt ei parentes
eius · et dixerunt · Scimus quia hic ē filius nr · et quia
cecus natus ē · Quomodo autē nunc uideat nescimus ·
aut quis eius aperuit oculos nescimus · Ipsum interrogate
aetatē habet · ipse de se loquatur · Hęc dixerunt parentes ei ·
quia timebant iudeos · Iam enim conspirauerant iudei ·
ut si quis eum confiteretur · xp̄m extra sinagogam fiere
Propterea dixerunt parentes eius quia aetatem habet
ipsum interrogate · Vocauerunt ergo rursum hominē

qui fuerat cecus. et dixerunt ei. Data gloriam deo. Nosscimus
quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator
est nescio. unum scio. quia cecus cum essem modo video.
Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi. quomodo aperuit tibi
oculos. Respondit eis. Dixi vobis iam et audistis. Quid
iterum vultis audire. Numquid et vos vultis discipuli ei
fieri. Maledixerunt ei. et dixerunt. Tu discipulus illius
sis. nos autem moysi discipuli sumus. Nosscimus. quia moysi
locutus e dis. Hunc autem nescimus unde sit. Respondit
ille homo et dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia vos
nescitis unde sit et aperuit meos oculos. Scimus autem.
quia peccatores dis non audit. Sed si quis dei cultor est. et vo
luntatem eius facit hunc exaudit. A seculo non e auditum.
quia quis aperuit oculos ceci nati. nisi esset hic homo a deo.
non poterat facere quicquam. Dixerunt ergo illi. In pec
catis natus es totus. et tu doces nos. Et eiecerunt eum foras.
Audiuit ihc quia eiecerunt eum foras. et cum inuenisset
eum dixit ei. Credis in filium dei. Respondit ille et dixit
Quis est dne ut credam in eum. Et dixit ei ihc. Et vi

Ldistis eum · et quiloquitur tecum ipse est. Et ille ait
credo dne. Et pedens adorauit eum. FERIA·V·
In illo tempore. SCD M LVCAM.
Ibat ihe in ciuitatem que uocatur nain et ibant cum
illo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appro
pinquaret porte ciuitatis: ecce defunctus efferebatur
filius unicus matris sue. Et hec uidua erat · et turba
ciuitatis multa cum illa. Quam cum uidisset ihe · miseri
cordia motus super illam dixit illi. Noli flere. Et acces
sit et tetigit locculum. Hi autem qui portabant · steterunt
Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat
mortuus · et cepit loqui · et dedit illum matri sue. Acce
pit autem omnes timor · et magnificabant dm dicentes.
Quia ppheta magnus surrexit in nobis · et quia disuisita
uit plebem suam. FERIA ·VI· SCD M.
In illo tempore. IOHANNEM
Erat quidam languens lazarus a bethania · de castel
lo marie et mathe sororis eius. Maria autem erat que
unxit dnm unguento · et extersit pedes eius capillis suis.

cui fiat Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad
eum dicentes: Dne. ecce quem amas infirmatur. Audiens
autem ihs. dixit eis: Infirmitas hacc non est ad mortem.
sed pgloria dei ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat aut
ihs martham. et sororem eius mariam et Lazarum. Vt
ergo audiuit quia infirmabat. tunc quidem mansit in
eodem loco duob; diebus. Deinde post hec. dixit discipulis
suis: Eamus iudeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi.
nunc querebant te iudei lapidare. et iterum uadis illuc.
Respondit ihs. Nonne duodecim hore sunt diei. Si quis
ambulauerit in die non offendit. quia lucem hui' mun
di uidet. Si autem ambulauerit nocte offendit. quia lux
non est in eo. Hec aut. et post hec dixit eis. Lazarus amicus
dormit. sed uado ut a somno exsuscitem eum. Dixerunt
ergo discipuli eius. Dne. si dormit. saluus erit. Dixerat
autem ihs de morte eius. illi aut putauerunt quia de
dormitione somni diceret. Tunc ergo. dixit eis ihs ma
nifeste. Lazarus mortuus est. et gaudeo ppter uos ut cre
datis quia non eram ibi. sed eamus ad eum. Dixit ergo

thomas qui dicit didimus: ad condiscipulos: Eamus et
nos: ut moriamur cum eo. Venit itaq; ihe: et inuenit eum
quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem
betania iuxta hierosolimam: quasi stadiis quindecim.
Multi autem ex iudeis uenerant ad martham et mariam:
ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit
quia ihe uenit: occurrit illi. Maria autem: domi sedebat.
Dixit ergo martha ad ihm. Dne: si fuisses hic: frater meus
non fuisset mortuus: Sed et nunc scio: quia quecumq;
poposceris a deo: dabit tibi ds: Dicit illi ihe: Resurget frater
tuus: Dicit ei martha: Scio quia resurget in resurrectione
in nouissimo die. Dicit ei ihe Ego sum resurrectio et uita:
qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omis
qui uiuit et credit in me: non morietur in eternum.
Credis hoc: ait illi. Utq; dne: Ego credidi quia tues xpe
filius di: qui in hunc mundum uenisti. Et cum hec
dixisset: abiit et uocauit mariam sororem suam silen
cio dicens: Magister adest et uocat te. Illa autem ut au
diuit surgit cito: et uenit ad eum. Nondum enim

uenerat ihe in castellum · sed erat adhuc in illo loco ubi oc
currerat ei martha · iudei igitur qui erant cum ea in do
mo et consolabantur eam · cum uidissent mariam quia
cito surrexit et exiit secutsum eam dicentes · Quia uadit
ad monumentum · ut ploret ibi · Maria ergo cum uenis
set ubi erat ihe · uidens eum cecidit ad pedes eius et dixit
ei · dne · si fuisses hic · non esset mortuus frat meus · ihe ergo
ut uidit eam plorantem · et iudeos qui uenerant cum ea
plorantes · fremuit spu · et turbauit seipsum et dixit ·
Vbi posuistis eum · Dicunt ei · dne · ueni et uide · Et lacri
matus est ihe · Dixerunt ergo iudei · Ecce · quomodo
amabat eum · Quidam autem · dixerunt ex ipsis · Non poterat
hic qui aperuit oculos cecci facere ut et hic non moreretur ·
Ihe ergo rursum fremens in semet ipso · uenit ad monu
mentum · Erat autem spelunca · et lapis supra positus erat
ei · Ait ihe · Tollite lapidem · Dicit ei martha · soror eius
qui mortuus fuerat · dne iam fetet · quatriduanus enim
est · Dicit ei ihe · Nonne dixi tibi quoniam si credideris uidebis
gloriam dei · Tulerunt ergo lapidem · Ihe autem eleuauit

sursum oculis· dixit· Pater· gras· ago tibi· quo· audisti·
me· Ego autem sciebam· quia semp me audis· Sed
ppter populum qui circumstat dixi· ut credant quia
tu mouisti· Hec cum dixisset· uoce magna clama
uit· Lazare· ueni foras· Et statim pdiit qui fuerat
mortuus· ligatus pedes et manus in stricis· et facies illius
sudario erat ligata· Dicit eis ihe· Solute eum· et si
nite abire· Multi ergo ceuidis qui uenerant ad ma
riam· et uiderant que fecit ihe· et crediderunt in eum.
In illo tempore· Sabb· Sce· Johanne·
Dicebat ihe turbis iudeorum· Ego sum lux mundi·
Qui sequitur me· non ambulabit in tenebris· sed ha
bit lumen uite· Dixerunt pharisei· Tu de te ipso testi
monium perhibes· testimonium tuum non est ue
rum· Respondit ihe et dixit eis· Et si ego testimoniu
phibeo de me ipso· uerum e testimonium meum·
quia scio unde uenio et quo uado· Vos autem nescitis
unde uenio· aut quo uado· Vos secdm carnem iudi
catis· ego non iudico quemquam· Et si iudico ego·

iudicium meum uerum est. quia solus non sum sed ego
& qui misit me pater. Et in lege uera scriptum est. quia du
orum hominum testimonium uerum est. Ego sum qui
testimonium phibeo de me ipso. et testimonium phibet
de me qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi est pat
tuus. Respondit ihe. Neq; me scitis. neq; patrem meum.
Si me scireti. forsitan et patrem meum scireti. Hec uerba

Ilocutus est ihe in gazofilacio. docens in templo. Et nemo
apphendit eum. quia nondum uenerat hora eius.

Hillo tempore. DOM. V. SCBM IOHANNE

Dicebat ihe turbis iudeorum. et
principib; sacerdotum. Quis ex uobis arguet me de pec
cato. Si ueritatem dico. quare uos non creditis mihi. Qui
est ex do uerba di audit. Propter ea uos non auditis. quia
ex do non estis. Responderunt igitur iudei. et dixerunt
ei. Nonne benedicimus nos quia samaritanus es tu. et doe
monium habes. Respondit ihe. Ego doemonium non
habeo. sed honorifico patrem meu. et uos inhonoratis me.
Ego autem non quero gla;am meam. est qui querat & iudica

Amen dico uobis· si quis sermonem meum seruauerit morte
non uidebit in eternum· Dixerunt ergo iudei· Nunc cognou
imus· quia dyemonium habes· Abraham mortuus e· et p
phete· et tu dicis· si quis sermonem meum seruauerit· non gusta
bit morte in eternum· Num quid tu maior es patre nro· abra
ham qui mortuus e· et pphete· mortui sunt· Quem te ipsum
facis· Respondit ihs· Si ego glorifico me ipsum· gla mea nihil e·
Est pat meus qui glorificat me· que uos dicitis· quia dsnr
e· et non cognouistis eum· Ego autem nouj eum· Et si dixe
ro· quia non scio eum· ero similis uobis mendax· Sed scio eum·
et sermonem eius seruo· Abraham pat ur exultauit ut uideret
diem meum· et uidit et gauisus e· Dixerunt ergo iudei ad
eum· Quinquaginta· annos non dum habes· et abraham
uidisti· Dixit eis ihs· Amen amen dico uobis· antequam
abraham fieret ego sum· Tulerunt ergo lapides· ut iacerent
in eum· Ihs autem abscondit se· et exiuit de templo·

In illo tempore· Fr· ii· scd· Iohannem

Miserunt principes et pharisei ministros· ut apphenderent
ihm· Dixit ergo ihs· Adhuc modicum temp uobiscum su·

et uado adeum qui misit me. Quaretis me. & non inuenietis
Et ubi sum ego. uos non potestis uenire. Dixerunt ergo
iudei ad semet ipsos. Quo hic iturus est. quia non inueniemus
eum. Num quid in dispersionem gentium iturus est & doc
turus gentes. Quid est hic sermo quem dixit quaretis me et non
inuenietis. Et ubi sum ego. uos non potestis uenire. In no
uissimo autem die magno festiuitatis stabat ihs et clamabat
dicens. Si quis sitit. veniat et bibat. Qui credit in me sicut
dixit scriptura flumina de uentre eius fluent aque uiue.
Hoc autem dixit de spiritu quem acceptum erant credentes in
eum.

FERIA TERCIA SCDM IOHANNEM.

In illo tempore. Ambulabat ihs in galileam. non enim uolebat in iudea
ambulare. quia querebant eum iudei interficere. Erat
autem in proximo diuersitas iudeorum scenopegia. Dixe
runt autem ad eum fratres eius. Transi hinc & uade in
iudeam. ut et discipuli tui uideant opera tua que facis.
Nemo quippe in occulto quid facit. et querit ipse in palam
esse. Si hec facis. manifesta te ipsum mundo. Neque enim

fratres eius credebant mihi. Dicit ergo eis ihs. Tempus
meum nondum aduenit. tempus autem uestrum semp est
paratum. Non potest mundus odisse uos. me autem odit
quia ego testimonium phibeo de illo. quia opera eius mala
sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. ego non ascen
do ad diem festum istum quia tempus meum nondum
impletum est. Haec cum dixisset ipse mansit in galilea.
Vt autem ascenderunt fratres eius. tunc et ipse ascendit
ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto. Iudei
ergo querebant eum in die festo. et dicebant. Vbi est ille.
Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam autem
dicebant quia bonus est. alii autem dicebant non sed se
ducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo. ppter
metum iudeorum. FERIA IIII. SCDM
MATHEOREM. IOHANNEM.
Factum encenia in hierosolimis et hiems erat. Et
ambulabat ihs in templo. in porticu salomonis. Circu
dederunt ergo eum iudei. et dicebant ei. Quousq; an
mam nram tollis. Si tu es xps. dic nobis palam. Respondit

ihc loquor uobis: et non creditis: Opera que ego facio
in nomine patris mei: hęc testimonium phibent de me.
Sed uos non creditis: quia non estis ex ouib; meis: Oues mę
uocem meam audiunt et ego cognosco eas et sequuntur
me. Et ego uitam aeternam doeis: et non peribunt in
aeternum: et non rapiet eas quisquā de manu mea. Pat̄ meus:
quod dedit mihi maius omib; est: et nemo potest rapere
de manu patris mei. Ego et pat̄ unum sumus: Sustulerunt
lapides iudei: ut lapidarent eum. Respondit eis ihc. Mul
ta opera ostendi uobis: ex patre meo: ppt̄ quod eorum opus
me lapidatis: Responderunt ei iudei. De bono opere non
lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu homo cum
sis: facis te ipsum dm̄. Respondit ihc. Nonne scriptum
ē in lege ura: quia ego dixi dii estis: Si illos dixit deos ad
quos sermo dei factus ē: et non potest solui scriptura: quem
pater sanctificauit et misit in mundum: uos dicitis quia blas
phemas: quia dixi filius dei sum: Si non facio opera patris mei:
nolite credere mihi. Si autē facio: et si mihi non uultis
credere: operib; credite: Vt cognoscatis et credatis: quia

Iunne est pater et ego in patre. FER. V.

In illo tempore. SCD IVCA.

Rogauit ihm̃ quidam pharisei: ut manducaret cum illo.
Et ingressus domum pharisei discubuit. Et ecce mulier
que erat in ciuitate peccatrix: ut cognouit quia accubuit
in domo pharisei. attulit alabastrum unguenti et stans
retro secus pedes eius. lacrimis coepit rigare pedes eius. et
capillis suis tergebat et osculabatur pedes eius et unguento
unguebat. Videns autẽ pharisei: qui uocauerat eum.
ait intra se dicens: Hic si esset ppheta. sciret utq; que et
qualis mulier eat̃ que tangeret eũ. quia peccatrix est.
Et respondens ihc̃. dixit ad illum. Simon. habeo tibi
aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. Duo debitores
erant cuidam feneratori: unus debebat denarios quin
gentos: alius quinquaginta. Non habentib; illis unde
redderent: donauit utrisq; Quis ergo eum plus diligit.
Respondens simon dixit Aestimo. quia is cui plus dona
uit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et conuersus mu
lieri: dixit simoni. Vides hanc mulierem. Intrauit in

domum meam · aquam pedibus meis non dedisti ·
Hec autē lacrimis rigauit pedes meos et capillis suis
tersit · Osculum mihi non dedisti · hec autē · ex quo
intrauit non cessauit osculari pedes meos · Oleo caput
meum non unxisti · hec autem unguento unxit pe
des meos · Propter quod dico tibi · Remittuntur ei pec
cata multa · quō dilexit multum · FERIA · VI ·
IN illo tempore · SCDM IOHANNĒ ·
Collegerunt pontifices et pharisei concilium · et di
cebant · Quid facimus quia hic homo multa signa facit ·
Si dimittimus eum sic · omēs credent in eum · Et uen
ent romani · et tollent nr̄m & locum et gentem · Vnus
autem ex ipsis caiphas cum esset pontifex anni illius ·
dixit eis · Vos nescitis quic quam nec cogitatis · quia ex
pedit nobis · ut unus moriatur homo p̄ p̄ populo · et non
tota gens pereat · Hoc autē a sēmet ipso non dixit · sed cum
esset pontifex anni illius p̄phetauit · quia ihc moriturus erat p̄ gente · Et non tantum p̄ gente · sed ut filios
di qui erant dispersi congregaret in unum · Ab illo

ergo die cogitauerunt ut interficerent eum. Ihe ergo
iam non palam ambulabat apud iudeos: Sed habit
in regionem iuxta desertum que dicitur effrem. Et
ibi morabatur cum discipulis suis. SABB
HILLOTE MAPORE. SCD IOHANNE
Sublevatis ihe oculis in celum dixit. Pater venit hora
clarifica filium tuum. ut filius tuus clarificet te. Sic
dedisti ei potestatem omis carnis. ut omne quod de
disti ei. det eis vitam eternam. Hec e aute vita eterna.
ut cognoscant te solum dm verum. et quem misisti ihm
xpm. Ego te clarificaui super terram. opus consummaui.
quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me
tu pater. apud te me ipsum. claritate quam habui pri
usquam mundus esset apud te. Manifestaui nomen
tuum hominib. quos dedisti mihi de mundo. Tui
erant. et mihi eos dedisti. et sermonem tuum serua
uerunt. Nunc cognouerunt. quia omia que dedisti
mihi abstesum. quia verba que dedisti mihi dedi
eis. et ipsi acceperunt et cognouerunt vere quia ex

eum · et crediderunt · quia tu me misisti · Ego pro eis rogo ·
non pro mundo rogo · sed pro his quos dedisti mihi quia tui
sunt · Et mea omnia tua sunt · et tua mea sunt · et clarifica
tus sum in eis · Et iam non sum in mundo · et hi in mundo
sunt · et ego ad te venio · Pater sancte serua eos in nomi
ne tuo quos dedisti mihi · ut sint unum sicut et nos ·
Cum essem cum eis · ego seruabam eos in nomine tuo
Quos dedisti mihi custodiui · et nemo ex ipsis perit nisi
filius perditionis · ut scriptura impleatur · Nunc autem ad te
venio · et hec loquor in mundo · ut habeant gaudium
meum impletum in semet ipsis · Ego dedi eis sermonem
tuum · et mundus odio eos habuit · quia non sunt de
mundo · sicut ego non sum de mundo · Non rogo ut tollas
eos de mundo · sed ut serues eos a malo · De mundo non sunt ·
sicut et ego non sum de mundo · Sanctifica eos in ueritate ·
Sermo tuus ueritas est · Sicut tu me misisti in mundum ·
et ego misi eos in mundum · Et pro eis ego sanctifico me ipsum ·
ut sint et ipsi sanctificati in ueritate · Non pro his autem rogo
tantum · sed et pro eis qui credituri sunt per uerbum eorum

inme· ut omes unum sint sicut tu pat̃ inme et ego inte· ut
et ipsi in nobis unum sint· ut mundus credat quia tume
misisti· Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis· ut
sint unum sicut et nos unum sumus· Ego in eis et tu inme·
ut sint consummati in unum· Et ut cognoscat mundus·
quia tu me misisti· et dilexisti eos sicut et me dilexisti· Pater·
quos dedisti mihi· uolo ut ubi ego sum et illi sint mecum
ut uideant claritatẽ meam quam dedisti mihi· quia di
lexisti me ante constitucionem mundi· Pat̃ iuste· et mun
dus te non cognouit· ego autẽ te cognoui· Et hi cognó
uerunt quia tu me misisti· et notũ feci eis nomen tuum et
notum faciam· Vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit· et
ego in ipsis·. PASS DNI NRI IHV XPI
secũdũ illo tempore· SCBM MATHEVM.
Dixit ihs̃ discipulis suis· Scitis quia post biduum pascha
fiet et filium hominis tradetur ut crucifigatur· Tunc
congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi
in atrium principis sacerdotum qui dicitur caiphas· et
consilium fecerunt ut ihm̃ dolo tenerent et occiderent·

Diebam autē. Non in die festo. ne forte tumultus fieret
in populo. Cum autē esset ihe in bethania in domo simonis
lepsi. accessit ad eum mulier habens alabastrum unguen
tī pīciosi. et effudit sup caput ipsius recumbentis. Videntes autē
discipuli. indignati sunt dicentes. Vt quid pdicio hęc.
potuit enim istud venundari multo et dari pauperib; Sci
ens autē ihe ait illis. Quid molesti estis mulieri. Opus bo
num operata ē in me. Nam semp pauperes habetis uobis
cum. me autē. non semp habebitis. Mittens enim hęc un
gentum hoc in corpus meum. ad sepeliendum me fecit
Amen dico uobis. ubicumq; pdicatum fuerit hoc euangeliū
in toto mundo dicetur et quod hęc fecit in memoriam eius
Tunc abiit unus de duodecim. qui dicitur iudas scarioth
ad principes sacerdotum. et ait illis. Quid uultis mihi dare
et ego uobis eum tradam. At illi constituerunt et triginta
argenteos. Et exinde querebat opportunitatem ut eum tra
deret. Prima autē die azimorum. accesserunt discipuli ad
ihm dicentes. Vbi uis paremus tibi comedere pascha. At ihe
dixit. Ite in ciuitatē ad quendam. et dicite ei. Magister

dicit · tempus meum ppe est · apud te facio pascha cum dis
cipulis meis · Et fecerunt discipuli sicut constituit illis
ihe et paraverunt pascha · Vespere autem facto · discumbe
bat cum duodecim discipulis suis · Et edentib; illis dixit ·
Amen dico vobis · quia unus vestrum me tradituus est · Et
contristati valde · coperunt singuli dicere · Num quid ego
sum dne · At respondens ait · Qui intingit mecum ma
num in parapside · hic me tradet · Filius quidem hom
nis vadit · sicut scriptum e de illo · Ve autem homini illi
p quem filius hominis tradetur · Bonum erat ei · si natus
non fuisset homo ille · Respondens autem iudas · qui tra
didit eum dixit · Num quid ego sum rabbi · At illi · Tu
dixisti · Cenantib; autem eis · accepit ihe panem et bene
dixit ac fregit · deditq; discipulis suis et ait · Accipite et
comedite · hoc est corpus meum · Et accipiens calice ·
gras egit · et dedit illis dicens · Bibite ex hoc omes · Hic e
enim sanguis meus noui testamenti · qui pro multis effun
detur in remissionem peccatorum · Dico autem vob ·
non bibam amodo de hoc genimine vitis · usq; in die

illum cum illud bibam uobiscum nouum in regno
patris mei. Et ymno dicto exierunt in montem oliuet.
Tunc dicit illis ihc omnes uos scandalum patiemini in
me in ista nocte. Scriptum enim. Percutiam pasto
rem. et dispergentur oues gregis. Post quam autem
resurrexero. precedam uos in galileam. Respondens aut
petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te. ego
numquam scandalizabor. Ait illi ihc. Amen dico
tibi. quia in hac nocte ante quam gallus cantet ter
me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportuerit me
mori tecum. et non te negabo. Similiter et omnes disci
puli dixerunt. Tunc uenit ihc cum illis in uillam
que dicitur gabsemani. et dicit discipulis suis. Sedete
hic. donec uadam illuc et orem. Et assumpto petro et
duobus filiis zebedei cepit contristari. et mestus esse. Tunc
ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Sustinete
hic. et uigilate mecum. Et progressus pusillum. cecidit
in faciem suam. orans et dicens. Pater mi. si possibile
est. transeat a me calix iste. Verumtamen. non sicut

ego uolo· sed sicut tu· Et uenit ad discipulos suos: et inue-
nit eos dormientes: Et dicit petro· Sic non potuistis una
hora uigilare· mecum: Vigilate & orate· ut non intretis
in temptationem· Sps quidem pmptus est· caro autem in
firma· Iterum secdo abiit· et orauit dicens· Pater mi· si non
potest hic calix transire nisi bibam illum· fiat uoluntas
tua· Et uenit iterum· et inuenit eos dormientes: Erant
enim oculi eorum grauati· Et relictis illis: iterum abiit· &
orauit tercio eundem sermonem dicens: Tunc uenit ad
discipulos suos: et dicit illis: Dormite iam· et requiescite·
Ecce appropinquabit hora· et filius hominis tradetur
in manus peccatorum· Surgite eamus: Ecce appropin
quabit qui me tradet· Adhuc ipso loquente· ecce uidis
unus de duodecim uenit· et cum eo turba cum gladiis
et fustib· missi a principib· sacerdotum· et seniorib· populi·
Qui autem tradidit eum· dedit illis signum dicens·
Quem cumq· osculatus fuero· ipse est teneat eum· Et
confestim accedens ad ihm dixit· Aue· rabbi· Et osculatus
est eum· Dixitq illi ihc· Amice· ad quod uenisti: Tunc

accesserunt et manus iniecerunt in dm et tenerunt eum.
Et ecce unus ex his qui erant cum ihu. extendens manum
exemit gladium suum et percutiens seruum principis sacer
dotum amputauit auriculam eius. Tunc ait illi ihe. Con
uerte gladium tuum. in locum suum. Omes enim qui ac
ceperint gladium. gladio peribunt. Amputas. quia non
possum rogare patrem meum. et exhibebit mihi modo
plusquam duodecim legiones angelorum. Quomodo ergo
implebuntur scripture. Quia sic oportet fieri. In illa hora.
dixit ihe turbis. Tamquam ad latronem existis cum gladiis.
et fustib. comprendere me. cotidie apud uos sedebam do
cens in templo. et non me tenuistis. Hoc autem totum factu
est. ut implerentur scripture pphearum. Tunc discipuli
omes. relicto eo fugerunt. At illi tenentes ihm. duxerunt
ad caiphan principem sacerdotum. ubi scribe et seniores
conuenerant. Petrus autem sequebatur eum alonge usq.
in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro. sede
bat cum ministris. ut uideret finem. Principes autem
sacerdotum et omne concilium. querebant falsum

testimonium contra ihm ut eum morti traderent Et non
inuenerunt. cum multi falsi testes accessissent. Nouissime
autem uenerunt duo falsi testes: et dixerunt. Hic dixit
Possum destruere templum dei: et post triduum reedificare
illud. Et surgens princeps sacerdotum. ait illi. Nihil
respondes. ecce quę isti aduersum te testificantur. Ihs
autem tacebat. Et princeps sacerdotum. ait illi. Adiuro
te pdm uiuum. ut dicas nobis. Ttues xpe filius dei. Dic
illi ihs. Tu dixisti. Verumtamen. dico uobis. Amodo ui
debitis filium hominis sedentem. ad dextris uirtutis: et uen
entem in nubib; cęli. Tunc princeps sacerdotum scidit
uestimenta sua dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egę
mus testib; Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid
uobis uidetur. At illi respondentes dixerunt. Reus est
mortis. Tunc expuerunt in faciem eius et colaphisauit
eum. Alii autem palmas in faciem eius dederunt
dicentes: Prophetiza nobis xpe. quis est qui te percussit.
Petrus uero sedebat foris in atrio. Et accessit ad eum
una ancilla dicens. Et tu eras cum ihu galileo eras. At ille.

negauit coram omib· dicens· Nescio quid dicis· Et cum e
autem illo exiuisset· uidit eum alia ancilla· et ait his q̃
erant ibi· Et hic erat cum ihu nazareno· Et iterum ne
gauit cum iuramento quia non nouit hominem· Et post
pusillum· accesserunt qui stabant et dixerunt petro· Ve
re· et tu de illis es· Nam et loquela tua manifestum te facit·
Tunc cepit detestari et iurare· quia non nouisset homi
nem· Et continuo· gallus cantauit· Et recordatus e pe
trus uerbi ihu quod dixerat· priusquam gallus canet
ter me negabis· Et egressus foras flenit amare· Mane
autem facto· consilium inierunt omes principes sacerdotu
et seniores populi aduersum ihm· ut eum morti tade
rent· Et uinctum adduxerunt eum· et tradiderunt
pontio pilato pesidi· Tunc uidens iudas qui eum tradi
dit quod dampnatus esset· penitentia ductus retulit
triginta argenteos principib· sacerdotum et seniorib·
dicens· Peccaui· tradens sanguinem iustum· At illi
dixerunt· Quid ad nos· Tu uideris· Et projectis argen
teis in templo· recessit· et abiens laqueo se suspendit·

Principes autem sacerdotum · acceptis argenteis dixerunt ·
Non licet mittere eos in corbanan · quia pretium sanguinis
est. Consilio autem inito · emerunt ex illis agrum figuli ·
in sepulturam peregrinorum · Propter hoc uocatus est ager ille
achel demach · hoc est ager sanguinis · usque in hodiernum
diem · Tunc impletum est quod dictum est per heremiam p
phetam dicentem · Et acceperunt triginta argenteos · pre
cium adpreciati · quem adpreciauerunt a filiis israel · et dederunt
eos in agrum figuli sicut constituit mihi dns · Ihs autem stetit
ante presidem · Et interrogauerunt eum pses dicens · Tu es
rex iudeorum · Dixit ei ihs · Tu dicis · Et cum accusaretur
a principib · sacerdotum et seniorib · nihil respondit · Tu
dicit illi pilatus · Non audis · quanta aduersum te testi
monia · Et non respondit ei ad ullum uerbum · ita ut
miraretur · prases uehementer · Per diem autem sollempnem ·
consueuerat pses dimittere populo unum uinctum quem
uoluissent · Habebat autem tunc uinctum insignem · qui
dicebatur barabas · Congregatis ergo illis · dixit pilatus ·
quem uultis dimittam uobis · barabam · an ihm qui dr

apē. Sciebat enim. quod pinnidiam tradidissent eum.
Sedente autem illo pro tribunali. misit ad illum uxor
eius dicens. Nihil tibi et iusto illi. Multa enim passa
sum hodie per eum. Principes autem sa
cerdotum et seniores persuaserunt populis ut peteret
barabam. ihm uero perderent. Respondens autē prae
ses. ait illis. Quem uultis uobis de duob; dimitti. At
illi dixerunt. Barabam. Dicit illis pilatus. Quid igitur
faciam de ihu qui dicitur xpe. Dicunt omnes. Crucifi
gatur. At illi ptes. Quid enim mali fecit. At illi magis
clamabant dicentes. Crucifigatur. At illi praeses. Qid
enim mali fecit. At illi magis clamabant dicentes.
Crucifigatur. Videns autem pilatus quia nihil proficere.
sed magis tumultus fiere. accepta aqua lauit manus
coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine
iusti hui. uos uideritis. Et respondens uniuersus popu
lus dixit. Sanguis eius super nos. et super filios nros. Tunc
dimisit illis barabam. ihm autem flagellatum tradi
dit ei ut crucifigeretur. Tunc milites pridus suscipientes

dm in pretorio· congregauerunt ad eum uniuersam
cohortem et exuentes eum clamide coccineam circũ
dederunt ei· et plectentes coronam de spinis· posuerũt
sup caput eius· et harundinem in dextera eius· Et ge-
nu flexo ante eum· illudebant dicentes· Aue rex iu
deorum· Et expuentes in eum· acceperunt harundi
nem et percutiebant caput eius· Et post quam illuserũt
ei· exuerunt eum clamide· et induerunt eum uesti
menta sua et duxerunt eum ut crucifigerent· Exeun
tes autẽ inuenerunt hominem cyrenaeum nomine si-
monem· Hunc angariauerunt· ut tolleret crucem eius·
Et uenerunt in locum qui dicitur golgatha· quod est
caluarię locus· Et dederunt ei uinum bibere· cum felle
mixtum· Et cum gustasset· noluit bibere· Post quam
autem crucifixerunt eum diuiserunt uestimenta ei·
sortem mittentes· Et sedentes seruabant eum· Et im
posuerunt sup caput eius· causam ipsius scriptam· hic
est rex iudeorum· Tunc crucifixi sunt cum eo duo latro
nes· unus a dextris· et unus a sinistris· Praeter eum autẽ

blasphemabant eum · mouentes capita sua et dicentes ·
Vuah · qui destruis templum dei · et in triduo illud reedi
ficas · Saluum tetet ipsum · Si filius dei es · descende de cruce ·
Similiter et principes sacerdotum · illudentes cum scribis
et senoribus · dicebant · Alios saluos fecit · seipsum non potest
saluum facere · Si rex israhel est · descendat nunc de cruce ·
et credimus ei · Confidit in deo · liberet nunc eum si uult ·
Dixit enim · quia dei filius sum · Idipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum eo · improperabant ei · A sexta autem
hora · tenebre facte sunt super uniuersam terram usq ad
horam nonam · Et circa horam nonam · clamauit ihe
uoce magna dicens · Heli · Heli · lemazaphani · Hoc est · deus meus
deus meus · ut quid dereliquisti me · Quidam autem illic stan
tes et audientes · dicebant · Heliam uocat iste · Et continuo
currens unus ex eis · accepta spongia · impleuit aceto
et imposuit harundini · et dabat ei bibere · Ceteri uero ·
dicebant · Sine · uideamus · an ueniat helias · liberans eum ·
ihe autem · iterum clamans · emisit spm · Et ecce uelum
templi · scissum est · in duas partes · a summo usq deorsum

Et terramota e. et petrae scissum. et monumenta aperta sunt.
et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt Et
exeuntes de monumentis post resurrectionem eius uenerunt
in sanctam ciuitatem et apparuerunt multis. Centurio autem
et qui cum eo erant custodientes ihm. uiso terre motu et his
quefiebant timuerunt ualde dicentes. Vere. di filius erat
iste. Erant autem ibi mulieres multae alonge quae secute
erant ihm a galilea ministrantes ei. Inter quas erat maria
magdalene et maria iacobi. et ioseph mater filiorum zebe
dei. Cum autem sero factum esset. uenit quidam homo di
ues ab arimathia nomine ioseph. qui et ipse discipulus erat
ihu. Hic accessit ad pilatum. et petiit corpus ihu. Tunc pilat.
iussit reddi corpus. Et accepto corpore ioseph. inuolui
illud in sindone munda. et posuit illud in monumento
suo nouo. quod excederat in petra. Et aduolui saxum
magnum ad hostium monumenti. et abiit. Erat autem
ibi maria magdalene. et altera maria sedentes contra sepul
chrum. Altera autem die que est post parasceuen con
uenerunt principes sacerdotum et pharisei ad pilatum dicentes.

Domine recordatiſumus· quia ſeductor ille dixit adhuc
uiuens· poſt tres dies reſurgam· Iube ergo cuſtodiri ſepul
chrum· uſq; in diem tertium· ne forte ueniant diſcipuli eius
et furentur eum· et dicant plebi· ſurrexit a mortuis· Et erit
nouiſſimus error· peior priore· Ait illis pilatus· Habetis
cuſtodiam· ite cuſtodite ſicut ſcitis· Illi autem abeuntes·
Iunuerunt ſepulchrum· Signantes lapidem cum cuſto
dibus· FR· II· SCD M IOHANNEM.
Ipſo tempore· Ante
ſex dies paſche· uenit ihe bethaniam· ubi fuerat lazarus
mortuus quem ſuſcitauit· Fecerunt autem ei cenam ibi· et
martha miniſtrabat· Lazarus uero· unus erat de diſcumben
tibus cum eo· Maria ergo accepit libram unguenti nardi
piſtici pretioſi· et unxit pedes ihu· et exterſit capilliſ ſuis pe
des eius· et domus impleta eſt de odore unguenti· Dicit ergo
unus de diſcipulis eius iudas ſcariothis· qui erat eum tradi
turus· Quare hoc unguentum non uenit trecentis denariis·
et datum e egenis· Dixit autem hoc· non quia de egenis per
tinebat ad eum· ſed quia fur erat et loculos habens ea que

mutebantur· portabat· Dixit ergo ihe· Sinite illam· ut
in die sepulture meę seruet illud· Pauperes enim semp
habetis uobiscum· me autem· non semp habebitis· Cognou
it ergo turba multa ex iudeis· quia illic est· et uenerunt
non ppt̃ ihm̃ tantum sed ut lazarum uiderent quem
suscitauit a mortuis· Cogitauerunt aut̃ principes sacer
dotum ut et lazarum interficerent· quia multi ppter illu
abibant ex iudeis· et credebant in ihm̃· Insequenti aut̃
turba multa que uenerat ad diem festum· cum audissent
quia uenit ihe̅ hierosolimam acceperunt ramos palma
rum· et processerunt obuiam ei· et clamabant· Osanna
benedictus· qui uenit in nomine dni̅ rex israhel· Et
inuenit ihe asellum· et sedit sup eum sicut scriptum e·
Noli timere filia syon· ecce rex tuus uenit sedens super
pullum asinę· Hec non cognouerunt discipuli eius pri
mu̅· sed quando glorificatus e̅ ihe̅· tunc recordati sunt·
quia hęc erant scripta de eo· et hec fecerunt ei· Testimoni
um ergo phibebat turba· que erat cum eo· quando la
zarum uocauit de monumento· et suscitauit eum·

amorum. Propterea et obuiam uenit ei turba quia audi
erant eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt
adsemet ipsos. Videtis quia nihil proficimus. Ecce
mundus totus post eum abiit. Erant autem gentiles
quidam ex his qui ascenderunt ut adorarent in die
festo. Hi ergo accesserunt ad philippum qui erat a beth
saida galilee. et rogabant eum dicentes. Dne. uolu
mus ihm uidere. Venit philippus. et dicit andreae.
Andreas rursum et philippus. dixerunt ihu. Ihc aut
respondit eis dicens. Venit hora ut clarificetur filius
hominis. Amen dico uobis. nisi granum frumenti ca
dens in terra mortuum fuerit. ipsum solum manet.
Si autem mortuum fuerit. multum fructum affert.
Qui amat animam suam perdet eam. Et qui odit ani
mam suam in hoc mundo. in uitam aeternam custodit
eam. Si quis mihi ministrat. me sequatur Et ubi sum
ego. illic et minister meus erit. Si quis mihi ministra
uerit. honorificabit eum pater meus qui est in celis.
Nunc anima mea turbata est. et quid dicam. Pater

ſaluificame ex hora hac. Sed propter hanc uenit in horam hanc
pater clarifica tuum nomen. Venit ergo uox de celo. Et
clarificaui et iterum clarificabo. Turba ergo que ſtabat
et audierat dicebat tonitruum factum eſſe alii dice
bant angelus locutus ei. Respondit ihc et dixit. Non
ppter me uox hęc uenit. ſed ppter uos. Nunc iudicium
eſt mundi. nunc princeps hui mundi eicietur foras
Et ego ſi exaltatus fuero a terra. omia traham ad me ipſu
Hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus.
Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege. quia xpc
manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exal
tari filium hominis. Quis e iſte filius hominis. Dixit
ergo eis ihc. Adhuc modicum lumen in uobis eſt am
bulate dum lucem habetis. ut non tenebre uos comp
hendant. Et qui ambulat in tenebris. neſcit quo uadit
Dum lucem habetis. credite in lucem ut filii lucis ſitis.
Hec locutus eſt ihc et abiit. et abſcondit ſe abeis.
NILL OTEMPORE. PASS DNI NRI IHY XPI
Erat paſcha. et azima poſt biduum. SCD MARC.

Et querebant summi sacerdotes et scribe· quomodo
ihm̄ dolo tenerent· et occiderent· Dicebant autem· Non
in die festo· ne forte tumultus fiat populi· Et cum esset
bethanie· in domo simonis lepsi et recumberet venit mu
lier· habens alabastrum unguenti nardi spicati pīciosi·
et fracto alabastro effudit sup̄ caput eius· Erant autē· qui
dam indigne ferentes intra semet ipsos· et dicentes· Vt quid
pdicio ista unguenti facta est· Poterat enim unguentum
istud venundari plusquam trecentis denariis· et dari
pauperibus· Et fremebant in eam· Ihē autem dixit· Si
ite eam· Quid illi molesti estis· Bonum opus· operata ē
in me· Semper enim pauperes habetis nobiscum· et cum
volueritis potestis illis benefacere· Me autem· non semp
habetis· Quod habuit hęc fecit· prevenit ungere cor
pus meum in sepulturam· Amen dico vobis· ubicumq
pdicatum fuerit evangelium istud in universo mundo·
et quod fecit hęc narabitur in memoriam eius· Et iu
das scariothis· unus de duodecim· abiit ad summos sacer
dotes· ut pderet eum illis· Qui audientes· gavisi sunt· et

pmiserunt a pecuniam se daturos. Et quærebat. quo
modo illum oportune tradere. Et prima die azimorum
quando pascha immolabant. dicunt ei discipuli. Quo
vis eamus et paremus tibi. ut manduces pascha. Et mit
tit duos ex discipulis suis. et dicit eis. Ite in ciuitatem.
et occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans.
Sequimini eum. et quocumq intrauerit dicite domi
no domus. quia magister dicit. Vbi est refectio mea. ubi
pascha cum discipulis meis manducem. Et ipse vobis
demonstrabit cenaculum grande stratum. et illic parate
nobis. Et abierunt discipuli eius. et uenerunt in ciuita
tem. et inuenerunt sicut dixerat illis. et paraverunt
pascha. Vespere autem facto. venit cum duodecim. Et
discumbentibus eis et manducantibus ait. Amen dico
vobis. quia unus ex vobis me tradet. qui manducat mecum.
At illi coeperunt contristari. et dicere ei singillatim. Nu
quid ego. Qui ait illis. Vnus ex duodecim. qui intingit
mecum in catino. Et filius quidem hominis vadit. sic
scriptum est de eo. Ve autem homini illi. per quem filius

hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non esset homo
ille. Et manducantib; illis accepit ihe panem et benedi
cens fregit et dedit eis et ait. Sumite hoc est corpus meum.
Et accepto calice gratias agens dedit eis et biberunt ex illo
omes. Et ait illis. Hic est sanguis meus noui testamenti qui
pro multis effundetur. Amen dico uobis quod iam non
bibam de genimine uitis usq; in diem illum cum illud
bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto exierunt in
montem oliuet. Et ait eis ihe. Omes scandalizabimini
in nocte ista quia scriptum est. Percutiam pastorem et
dispergentur oues. Sed postea quam resurrexero precedam
uos in galileam. Petrus autem ait ei. Et si omes scandalizati
fuerint sed non ego. Et ait illi ihe. Amen dico tibi quia
tu hodie in nocte hac priusquam bis gallus uocem dederit
ter me negaturus. At ille amplius loquebatur. Et si
oportuerit me simul commori tibi non renegabo. Si
militer autem et omes dicebant. Et uenitum in prediu
cui nomen gethsemani. Et ait discipulis suis. Sedete
hic donec oren. Et assumpsit petru & iacobum &

iohannem secum · et coepit pauere et tedere. Et ait illis:
Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic · et uigi
late. Et cum processisset paululum · pedit superterram · et
orabat · ut si fieri posset transiret ab eo hora · et dixit. Abba pat̄
omnia possibilia sunt tibi · transfer calicem hunc a me. Sed
non quod ego uolo · sed quod tu. Et uenit · et inuenit eos dor
mientes. Et ait petro · Simon dormis · non potuisti una hora
uigilare. Vigilate et orate · ut non intretis in temptationem.
Spiritus quidem promptus est · caro autem infirma. Et iterum abi
ens · orauit eundem sermonem dicens. Et reuersus denuo
inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati
et ignorabant quid responderent ei. Et uenit tertio · et ait
illis. Dormite iam · et requiescite. Sufficit. Venit hora · ecce
tradetur filius hominis in manus peccatorum. Surgite
eamus. Ecce qui me tradet prope est. Et adhuc eo loquente
uenit iudas scariot unus ex duodecim et cum eo turba
cum gladiis et lignis · a summis sacerdotum et a scribis et
a senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis dicens.
Quemcumq; osculatus fuero · ipse est teneate eum et ducite.

cante. Et cum uenisset statim accedens ad eum ait. Rabbi
et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in eum. et tenu
erunt eum. Vnus autem de circumstantib; educens gladiu
pauisit seruum summi sacerdotis. et ampputauit illi auri
culam. Et respondens ihs ait illis. Tamquam ad latronem
existis cum gladis et lignis comprehendere me. cotidie eram
apud uos in templo docens. et non me tenuistis. Sed ut im
pleantur scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eum
omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum
amictus sindone super nudo. et tenerunt eum. At ille
reiecta sindone nudus profugit abeis. Et adduxerunt
ihm ad summum sacerdotem. et conuenerunt omnes
sacerdotes et scribe et seniores. Petrus autem longe secu
tus est eum. usq; intro in atrium summi sacerdotis. et se
debat cum ministris. et calefaciebat se ad ignem. Sum
mi uero sacerdotes et omne concilium. querebant aduer
sus ihm testimonium. ut eum morti traderent. nec inuenie
bant. Multi enim testimonium falsum dicebant aduer
sus eum. et conuenientia testimonia non erant. Et quida

surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum
dicentes. Quōniam audiuimus eum dicentem. Ego dissol
uam templum hoc manu factum et per triduum aliud
non manufactum aedificabo. Et non erat conueniens
testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos
in medium interrogauit ihm̄. Non respondes quaequa
dam quae tibi obiciuntur abhis. Ille autē tacebat. et
nihil respondit. Rursum summus sacerdos interroga
bat eum. et dixit ei. Tues xpc̄ filius benedicti. Ihē autē
dixit ei. Ego sum. Et uidebitis filium hominis adexter
sedentem uirtutis. et uenientem cum nubibus cęli. Sū
mus autem sacerdos scindens uestimenta sua ait. Quid
adhuc desideramus testes. Audistis blasphemiam.
Quid uobis uidetur. qui omes condempnauerunt eū
esse reum mortis. Et coperunt quidam conspuere
eum. et uelare faciem eius. et colaphis eum cedere et di
cere ei. Prophetiza. et ministri alapis eum ceedebant. Et
cum esset petrus in atrio deorsum. uenit una exancillis
summi sacerdotis. Et cum uidisset petrum calefacientē

se aspiciens illum ait. Et tu cum ihu nazareno eras.
At ille negauit dicens. Nec scio nec nouj quid dicas.
Et exiit foras ante atrium. et gallus cantauit. Rursus
autem cum uidisset illum alia ancilla. coepit dicere
circumstantib; quia hic ex illis est. At ille iterum negauit
Et post pusillum. rursus qui astabant dicebant petro.
Vere ex illis es. Nam et galileus es. Ille autem coepit anathe
matizare et iurare. quia nescio hominem istum quem di
citis. Et statim. iterum gallus cantauit. Et recordatus
est petrus uerbi quod dixerat ei ihs. priusquam gallus
cantet bis ter me negabis. Et coepit flere. Et confestim
mane consilium facientes summi sacerdotes cum sen
oribj. et scribis et uniuerso concilio. uincientes ihm
duxerunt et tradiderunt pilato. Et interrogauit eum
pilatus. Tues rex iudeorum. At ille respondens ait illi.
Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multi
tis. Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens. Non
respondes quic quam. Vide inquantis te accusant.
Ihs aut amplius nihil respondit. ita ut mirarentur

pilatus. Per diem autem festum dimittere solebat illis unum
ex vinctis quemcumque petissent. Erat autem qui dicebatur
barabas. qui cum sediciosis erat vinctus qui in sediciones fece-
rat homicidium. Et cum ascendisset turba coepit rogare
eum. sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis
et dixit. Vultis dimittam vobis regem iudeorum. Sciebat
enim quod per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes.
Pontifices autem concitaverunt turbam. ut magis barabam
dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens. ait illis. Quid
ergo vultis faciam regi iudeorum. At illi iterum clamaverunt
Crucifige eum. Pilatus vero dicebat eis. Quid enim mali
fecit. At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus aut-
volens populo satisfacere. dimisit illis barabam. et tradi-
dit iesum flagellis cesum ut crucifigeretur. Milites autem
duxerunt eum intro in atrium praetorii. et convocant cohor-
tem. et induunt eum purpura et imponunt ei plectentes
spineam coronam et coperunt salutare eum. Ave rex iudeorum.
Et percutiebant caput eius arundine. et conspuebant ei
et ponentes genua adorabant eum. Et post quam illuserunt

et exuerunt eum purpura· et induerunt illum uestimentis
suis et eduxerunt illum ut crucifigerent eum· Et angaria
uerunt preteuntem quempiam simonem cyrenenum
uenientem de uilla· patrem alexandri et rufi· ut tolleret
crucem eius· Et perducunt illum in golgatha locum·
quod est interpretatum caluarie locus· Et dabant ei bibere
mirratum uinum· et non accepit· Et crucifigentes eum·
diuiserunt uestimenta eius· mittentes sortem super eis quis
quid tolleret· Erat autem hora tertia· et crucifixerunt eum·
Et erat titulus cause eius inscriptus· rex iudeorum· Et
cum eo crucifigunt duos latrones· unum a dextris· et alum
a sinistris eius· Et adimplete est scriptura que dicit· Et
cum iniquis reputatus est· Et pretereuntes blasphemabant eum·
mouentes capita sua et dicentes· Vvah qui destruit templum
dei· et in triduo reedificat· Saluum fac temet ipsum· descen
dens de cruce· Similiter et summi sacerdotes ludentes ad al
terutrum cum scribis dicebant· Alios saluos fecit· seipsum
non potest saluum facere· xpe rex israhel· descendat nc
de cruce· ut uideamus et credamus· Et qui cum eo cruci

fixerant conuiciabantur ei. Et facta hora sexta tenebre
facte sunt super universam terram usq; in horam nonam
Et hora nona exclamauit ihē uoce magna dicens. Heloi
Heloi. lema sabacthani. Hoc est. Dē meus Dē meus in
quid dereliquisti me. Et quidam de circumstantib. au
dientes. dicebant. Ecce helyam uocat. Currens autē unus
et implens spongiam aceto. circumponensq; calamo.
potum dabat ei dicens. Sinite. uideamus si ueniat helias
ad deponendum eum. Ihē autē. emissa uoce magna ex
spirauit. Et uelum templi scissum ē. in duo. a sūmo usq;
deorsum. Videns autē centurio. qui ex aduerso stabat quia
sic clamans expirasset ait. Vere homo hic filius dei erat.
Erant autē et mulieres. de longe aspicientes. inter quas
erat maria magdalene. et maria iacobi minoris. et io
seph mater et salome. Et cum esset in galilea. sequebantur
eum et ministrabant ei. Et alie multe. que simul cū
eo ascenderant hierosolimam. Et cum iam sero esset
factum. quia erat parasceue quod est ante sabbatum.
uenit ioseph abarimathia nobilis decurio. qui et ipse erat

expectans regnum dei. Et audacter introiit ad pilatum.
et petiit corpus ihu. Pilatus autem mirabatur siquam obisse
Et accersito centurione. interrogauit eum siquam mortu
us esset. Et cum cognouisset a centurione. donauit corp
ioseph; Ioseph autem mercatus est sindonem. et deponens
eum inuolut sindone. et posuit eum in monumento.
quod erat excisum de petra. Et aduolut lapidem. ad
hostium monumenti. PASS DNI NRI IHV
XPI SECVNDVM LVCAM.
Appropin
quabat autem dies festus azimorum. qui dicitur pascha.
et querebant principes sacerdotum et scribe. quomodo
ihm interficerent. timebant. uero plebem. Introiit autem
satanas in iudam qui cognominabatur scariot. unum
de duodecim. Et abiit et locutus est cum principib. sacer
dotum et magistratib; quem admodum illum traderet eis.
Et gauisi sunt. et pactisunt pecuniam illi dare. Et spo
pondit. Et querebat opportunitatem. ut traderet illum sine
turbis. Venit autem dies azimorum. in qua necesse erat
occidi pascha. et misit petrum et iohannem dicens. Euntes

paratę nobis pascha · ut manducemus · At illi dixerunt ·
Vbi uis paremus · Et dixit ad eos · Ecce introeuntib; uob
in ciuitatem · occurret uobis homo amphoram aquę por
tans · Sequimini eum in domum in quam intrat · et dicetis
patri familias domus · Dicit tibi magister · Vbi est diuerso
rium · ubi pascha cum discipulis meis manducem · Et ipse
uobis ostendet cenaculum magnum stratum · et ibi pa
rate · Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis · et para
uerunt pascha · Et cum facta esset hora · discubuit · et duo
decim apli cum eo · Et ait illis · Desiderio desideraui hoc
pascha manducare uobiscum · antequam patiar · Dico
enim uobis · quia ex hoc non manducabo illud · donec
impleatur in regno di · Et accepto calice · gratias egit · et dixit ·
Accipite · et diuidite inter uos · Dico enim uobis · quod non
bibam de generatione uitis · donec regnum di ueniat · Et
accepto pane · gratias egit · et fregit et dedit discipulis suis
dicens · Hoc est corpus meum · quod pro uobis datur · hoc facite
in meam commemorationem · Similiter & calicem post
quam cenauit dicens · Hic est calix nouum testamentū

insanguine meo· qui pro uobis fundetur· Verumtamen· ecce
manus tradentis me· mecum ē· in mensa· Et quidem filius
hominis secundum quod definitum est uadit· Verumtam̄
ue illi homini p quem tradetur· Et ipsi coperunt querere
inter se· quis esset ex eis qui hoc facturus esset· Facta ē autē
ꝗ contentio inter eos· quis eorum uideretur esse maior
Dixit autē eis· Reges gentium dominantur eorum· et q̄
potestatem habent sup eos benefici uocantur· Vos autem
non sic· Sed qui maior ē in uobis· fiat sicut iunior· Et q̄
p̄cessor est· sicut ministrator· Nam quis maior est· qui
recumbit· an qui ministrat· Nonne qui recumbit· Ego
autem in medio ur̄m sum· sicut qui ministrat· Vos autē
estis· qui p̄mansistis mecum in temptationib; meis· Et ego
dispono uobis· sicut disposuit mihi pat̄ meus regnum· ut
edatis et bibatis sup mensam meam in regno meo· Et se
deatis sup thronos iudicantes duodecim tribus israhel
Ait autem dn̄s· Simon simon· ecce satanas expetiuit uos
ut cribraret sicut triticum· Ego autem rogauit pro· ut
non deficiat fides tua· Et tu aliquando conuersus· con

firma fratres uos Qui dixit ei. Dñe tecum paratus sum
et in carcerem et in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi
petre. non cantabit hodie gallus donec ter abnegres nosse me.
Et dixit eis. Quando misi uos sine sacculo et pera. et ca
lamentis. numquid aliquid defuit uobis. At illi dixerunt
Nihil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat
similiter et peram. Et qui non habet. uendat tunicam
suam et emat gladium. Dico enim uobis. quia adhuc
hoc quod scriptum ē oportet impleri. et quod cum
quis deputatus est. Et cum ea quesium deme. finem
habent. At illi dixerunt. Dñe ecce gladii duo hic. At ille
dixit eis. Sat est. Et egressus ibat secundum in monte
oliuarum. secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum
peruenissent ad locum. dixit illis. Orate. ne intretis in tem
tationem. Et ipse auulsus est ab eis. quantum iactus
ē lapidis. Et positis genibus. orauit dicens. Pater si uis
transfer calicem istum a me. Verumtamen non mea uo
luntas sed tua fiat. Apparuit autē illi angelus de celo. con
fortans eum. et factus ē in agonia plurius orabat. Et

factus ē sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terrā
Et cum surrexisset a oratione · et uenisset ad discipulos suos
inuenit illos dormientes · pre tristicia · Et ait illis · Quid
dormitis · Surgite · orate · ne intretis in temptationem · Adhuc
eo loquente · ecce turba · et qui uocabatur iudas unus de
duodecim ante cedebat eos · et appropinquauit ihu ut
oscularetur eum · Ihē autē dixit ei · Iuda · osculo filium
hominis tradis · Videntes autē hi qui erant circa ipsum erant
quod futurum erat · dixerunt · Dnē · si percimus in gla
dio · Et percussit unus ex illis seruum principis sacerdotū
et amputauit auriculam eius dextram · Respondens autē
ihē ait · Sinite usque huc · Et cum tetigisset auriculam
eius sanauit eum · Dixit autē ihē ad eos qui uenerant ad
se · principes sacerdotum · et magistratus templi et seniores ·
Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus · cum coti
die uobiscum fuerim in templo · non extendistis manus
in me · Sed hęc est hora uēa · et potestas tenebrarum · Com
prehendentes autē eum · duxerunt ad domū principis sa
cerdotum · Petrus autē · sequebatur alonge · Accenso autē

ugn in medio atrio · et cum sedentib; illis · erat petrus in
medio eorum · Que cum vidisset ancilla quedam sedente
ad lumen · et cum fixisset intuita dixit · Et hic cum illo erat ·
At ille negavit eum dicens · Mulier · non novi illum · Et
post pusillum alius videns eum dixit · Et tu de illis es · Pe
trus vero ait · O homo non sum · Et intervallo facto quasi
hore unius · alius quidam affirmabat dicens · Vere · et hic
cum illo erat · Nam et galileus est · Et ait petrus · Homo nescio
quid dicis · Et continuo adhuc illo loquente · gallus cantavit
· Et conversus dns · respexit petrum · Et recordatus e
petrus verbi dni sicut dixerat · priusquam gallus ter me
negabis · Et egressus foras petrus · flevit amare · Et viri
quitenebant illum · illudebant et cedentes · Et velaverunt
eum et percutiebant faciem eius · et interrogabant eum di
centes · Prophetiza · quis est qui te percussit · Et alia multa
blasphemantes · dicebant in eum · Et ut factus e dies · con
venerunt seniores plebis & principes sacerdotum et scri
be · et duxerunt illum in concilium suum · dicentes · Si tu es
xpe · dic nobis · Et ait illis · Si vobis dixero · non creditis mi ·

Si autē et interrogauero· non respondebitis mihi neq· di
mittetis· Ex hoc autē erit filius hominis sedens ad dex
teras dei· Dixerunt autē omes· Ergo es filius dei· Qui au
tē dixit· quia ego sum· At illi dixerunt· Quid adhuc de
sideramus testimonium· Ipsi enim audiuimus de ore eius·
Et surgens omis multitudo eorum· duxerunt illum ad pi
latum· Ceperunt autem accusare illum dicentes· Hunc in
uenimus subuertentem gentē nrām et phibentē tributa
dari cesari· et dicentem se xpm regem esse· Pilatus autem
interrogauit eum dicens· Tu es rex iudeorum· At ille respon
dens ait· Tu dicis· Ait autē pilatus· ad principes sacerdotū·
et turbas· Nihil inuenio cause in hoc homine· At illi inua
lescebant dicentes· Commouit populum docens per uniuersā
iudeam· et incipiens a galilea usq· huc· Pilatus autē audi
ens galileam· interrogauit si homo galileus erat· Et ut cog
nouit quod de herodis potestate esset· remisit eum ad hero
dem· qui et ipse hierosolimis erat illis diebus· Herodes autem
uiso ihū· gauisus ē ualde· Erat autē cupiens ex multo
tempore uidere eum· eo quod audiret multa de illo et

speraba signum aliquod videre abeo fieri. Interrogabat illū
multis sermonib; At ipse nihil illi respondebat. Stabant
autem principes sacerdotum et scribe constanter accusantes
eum. Spreuit autē illum herodes cum exercitu suo. et
illusit induens eum veste alba. et remisit ad pilatum. Et
facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa die. Nam antea
inimici erant ad inuicem. Pilatus autē conuocans prin
cipib; sacerdotum et magistratib; et plebe dixit ad illos.
Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem popu
lum et ecce ego coram uobis interrogans nullam causā
inueni in homine isto ex his in quib; eum accusatis. Sed
neq; herodes. Nam remisi uos ad illum et ecce nihil dig
num morte actum ē ei. Emendatum ergo illum ac
dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis p diem
festum unum. Exclamauit autē simul uniuersa turba
dicens. Tolle hunc. et dimitte nobis barabban. Qui erat
ppt̄ seditionem quandam factam in ciuitate et homici
dium missus in carcerem. Iterum autem pilatus locu
est ad illos. uolens dimittere ihm̄. At illi succlamabant

dicentes: Crucifige·crucifige illum· Ille autem tercio·
dixit ad illos: Quid enim malifecit iste? nullam causam
mortis inuenio in eo· Corripiam ergo illum et dimittam.
At illi instabant uocib; magnis postulantes ut crucifige-
retur· Et inualescebant uoces eorum· Et pilatus ad
iudicauit fieri peticionem eorum· Dimisit autem illis
eum· quippe hominem et sedicionem missus fuerat
in carcerem quem petebant· Ihm uero tradidit uoluntati
eorum· Et cum ducerent eum· apphenderunt simonem
quendam cyrenensem uenientem de uilla· et imposuerunt
illi crucem portare post ihm· Sequebatur autem illum
multa turba populi et mulierum· que plangebant et
lamentabantur eum· Conuersus autem ad illos ihs dixit·
Filie hierusalem nolite flere super me· sed super uos ipsas
flete et super filios uros· Quia ecce uenient dies· in quib; di
cent· Beate steriles et uentres que non genuerunt· et
ubera que non lactauerunt· Tunc incipient dicere
montib; cadite super nos· et collib; operite nos· Quia si in
uiridi ligno hec faciunt· in arido quid fiet· Ducebant

et alii duo neqũa cum eo ut interficerentur. Et post quam
uenerunt in locum qui uocatur caluariæ ibi crucifixerunt eũ
Et latrones. unum a dextris et alterum a sinistris. Ihe autem
dicebat. Pater dimitte illis. non enim sciunt quid faciunt
Diuidentes uero uestimenta eius miserunt sortes. Et stabat
populus expectans. Et deridebant illum principes cum eis
dicentes. Alios saluos fecit. se saluum faciat. si hic ē xpc̃ di electus.
Illudebant autẽ ei. et milites accedentes et acetum offe
rentes illi dicentes. Si tu es rex iudeorum. saluum te fac. Erat
autẽ et superscriptio scripta sup illum litteris grecis. et latinis
et hebraicis. hic est rex iudeorum. Unus autẽ de his pende
bant latronib; blasphemabat eum dicens. Si tu es xpc̃. saluũ
fac temet ipsum et nos. Respondens autem alter increpabat
illum dicens. Neq; tu times dm̃. quod in eadem dampnatio
ne es. Et nos quidem iuste. nam digna factis recipimus. hic
uero nihil uero mali gessit. Et dicebat ad ihm. Dnẽ me
memento mei cum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi ihe.
cabant dm̄ · Et repleti sunt timore · dicentes · quia uidimus
mirabilia hodie ·

SABBATO
SCŌRŪM MATHEVM ·

In illo tempore ·

Surgens ihc de sinagoga · introiuit in domum simonis ·
Socrus autē simonis tenebatur magnis febrib; et rogauerūt
illum pro ea · Et stans sup illam imperauit febri · et dimisit
illam · Et continuo surgens · ministrauit illis · Cum sol
autem occidisset · omes qui habebant infirmos uariis lan
guoribus ducebant illos ad eum · At ille singulis manus
imponens · curabat eos · Exibant autem demonia
a multis clamantia et dicentia · quia tu es filius dei · Et
increpans non sinebat ea loqui · quia screbant ipsum esse
xpm̄ · Facta autē die · egressus ibat in desertum locum ·

Et turbe requirebam eum · et uenerunt usq; adipsum ·
et deinebam illum ne discederet abeis · Qui b; ille an-
Quia et aliis ciuitatib; oportet me euangelizare regni
di · DOM̄ VACAT · SCD̄ IOHANNĒ
¶ illo tē Erat homo exphariseis nichodemus nomine
¶ illo tempore · FR̄ IIII · SCD̄ · LVCAM ·
Accedentes discipuli ad ihm dixerunt · Dimitte
turbas · ut euntes in castella uillasq; que circa sunt di
uertant et inueniant escas quia hic in loco deserto sum̄
At autem ad illos · Date illis manducare · Non sunt nob̄
plusquā quinq; panes et duos pisces · nisi forte eamus &
emamus in omnem hanc turbam escas · Erant enim
fere quinq; milia · At autem ad discipulos suos · Facite
illos discumbere · per conuiuia quinquagenos · Et ita
fecerunt · Et discubuerunt omēs · Acceptis autē ihc
quinq; panib; et duob; piscib; respexit in celum et be
nedixit eos et fregit · et distribuit discipulis ut pone
rent ante turbas · Et manducauerunt omēs · et satu
rati sunt; FR̄ VI · SCD̄M̄ LVCAM ·

In illo tempore. Venit ad ihm vir cui nomen
iairus: et ipse princeps sinagoge erat. Et cecidit ad pedes
ihū: rogans eum ut intraret in domum eius quia unica
filia erat illi fere annorū xii: et hęc moriebatur. Et conti
git dum iret: a turba comprimebatur. Et mulier quedā
que erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim: que in
medicos erogauerat omnē substanciam suam nec a bullo
poterat curari: accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti
eius. Et confestim stetit fluxum sanguinis eius. Et ait ihc
Quis ē qui me tetigit. Negantib; autē omnib; dixit petrus:
et qui cum illo erant: Preceptor turbe te cōprimunt &
affligunt: et dicis quis me tetigit. Et dixit ihc. Tetigit me
aliquis. Ego enī noui virtutem de me exisse. Videns autē
mulier quia non latuit uenit tremens: et procidit ante pedes
illius. Ob quam causam tetigerat eum indicauit coram omni
populo: et quem admodum statim sanata sit. Et ipse dixit
illi. Filia. fides tua te saluam fecit: uade in pace. Adhuc illo
loquente uenit quidam ad principem sinagoge dicens ei.
Quia mortua ē filia tua: noli uexare illum. Ihc autem audito

hoc uerbo. ait patri puellae. Nolite timere. crede tantum
et salua erit. Et cum uenisset addomum. non permisit intro
ire quemquam secum nisi petrum et iacobum et iohannem
et patrem et matrem puellae. Flebant autem omnes et plange
bant eam. At ille dixit. Nolite flere. Non enim mortua est
puella sed dormit. Et deridebant eum scientes quia mor
tua esset. Ipse autem tenens manum eius clamabat dicens.
Puella tibi dico surge. Et reuersus est spiritus eius et surrexit
continuo. Et iussit illi dare manducare. Et stupuerunt
parentes eius. Quibus praecepit ne alicui dicerent quod factum
fuerat. SABB. IHXIIT. SCD MATHEVM.
IN ILLO TEMPORE. Egrediente ihu abhiericho secute
sunt eum turbae multae. Et ecce duo caecci sedentes secus
uiam audierunt quia ihc transire et clamauerunt di
centes. Dne miserere nri fili dauid. Turba autem increpa
bat eos ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Dne.
miserere nri fili dauid. Et stans ihc a uocauit eos et ait
Quid uultis ut faciam uobis. dicunt illi. Dne. ut operi
antur oculi nri. Misertus autem eorum ihc tetigit oculos

I eorum. Et confestim uiderunt. et secuti sunt eum.
In illo tempore. Dixit NAT. SCORVM VRCISI VALERIAN.
ihc discipulis suis. Hoc est pceptum meum. ut SEC IOH
diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectio
nem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis
suis. Vos amici mei estis. si fecerit quæ ego pcipio uobis; Iam
non dico uos seruos. quia seruus nescit quid faciat dns
eius. Vos autem dixi amicos. quia omnia quæcumq audiui
a patre meo nota feci uobis. Non uos me elegistis. sed ego elegi
uos. et posui uos ut eatis et fructum afferatis. et fructus ues
maneat. Vt quodcumq petieritis patrem in nomine
meo det uobis. IN NAT. SCI GEORGII SECUNDUM
In illo tempore. Ponite ergo in cordibus uris hæc meditari.
In illo. dixit ihc discipulis suis. Ego NAT. SCI VITALIS
sum uitis uera. et pater meus. IN NAT. APLORVM PHILIPPI. ET IACOBI.
In illo tempore. Non turbetur cor uum neq formidet.
In illo. Erat hom ex pharisei nicodemus IN NAT. SCORVM SERGII
In illo tempore. NAT. SCORVM ALEXANDRI. ET EVTICII
Hæc mando uobis. ut diligatis inuicem. ET THEODOLI.

uob

Si mundus uos odit scitote quia me priorem uobis odio
habuit. Quia uero de mundo non estis sed ego elegi uos
de mundo ꝓpter hoc odit uos mundus. Mementote sermonis
mei quem ego dixi uobis non est seruus maior domino
suo. Si me persecuti sunt et uos persequentur. Si sermonem
meum seruauerunt et uestrum seruabunt. Sed hec omnia
facient uobis ꝓpter nomen meum quia nesciunt eum qui
misit me. Si uenissem et locutus fuissem eis peccatum
non haberent. Nunc autem excusationem non habent
de peccato suo. Qui me odit et patrem meum odit.
Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum
non haberent. Nunc autem et uiderunt et oderunt et
me et patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege
eorum scriptus est quia odio habuerunt me gratis.

IN illa tempore. In sco gordiani et epimachi
Sedente ihu super montem oliuet. Sec matheum.
accesserunt ad eum discipuli eius secreto dicentes. Dic nobis
quando hec erunt et quod signum aduentus tui et con
sumationem seculi. Et respondens ihc dixit eis. Videte

nequi uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo
dicentes: ego sum xpc. et multos seducent. Audiuit enim
esti plia et opiniones pliorum. Videte: ne turbemini. Oportet
et ergo hec fieri: sed non dum est finis. Consurget enim
gens in gentem. et regnum in regnum. et erunt pestilentie
et fames et terremotus per loca. Hec autem omia initia sunt
dolorum. Tradent uos in tribulationem et occident uos. et
eritis odio omib; gentib; ppter nomen meum. Et tunc scan
dalizabuntur multi. et inuicem tradent. et odio habebunt
inuicem. Et multi pseudo pphete surgent. et multos sedu
cent. Et quia habundauit iniquitas: refrigescet caritas
multorum. Qui autem pseuerauerit usq; in finem hic sal
uus erit. SCOR NEREI. ACHILLEI. ATQ; PANCRATII.
IN illo tempore. Dixit ihc discipulis suis. SEC IOH.
Ecce ego mitto uos: sicut oues: in medio luporum. Estote
ergo prudentes sicut serpentes. et simplices sicut columbe.
Cauete autem ab hominib; Tradent enim uos in concilis: et in
sinagogis suis flagellabunt uos. Et ad reges et pides
ducemini ppter me in testimonium illis et gentib;. Cum autem

tradent uos. nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.
Dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. Non enim
uos estis qui loquimini. sed spiritus patris uri qui loquitur in uobis.
Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium. Et in
surgent filii in parentes. et morte eos afficient. Et eritis
odio omnibus hominibus. propter nomen meum. Qui autem perseuera
uerit usque in finem. hic saluus erit.
In illo tempore. Egressus ihc. In dedicatione ecclesie.
perambulabat iericho. Item ubi supra.
Dixit autem ihc discipulis suis. Non est arbor bona que fac.
In illo tempore. Dixit ihc Nt. Sci Urbani secundum Mat
discipulis suis. Vigilate ergo. quia nescitis qua hora dns ui
ueniturus sit. Illud autem scitote. quod sciret pater familias
qua hora furuenturus esset. uigilare utique et non sinere
perfodi domum suam. Ideo et uos estote parati. quia qua
nescitis hora filius hominis ueniturus est. Quisnam est fidelis
seruus et prudens quem constituit dns suus sup familiam
suam ut det illis cibum in tempore. Beatus ille seruus.
quem cum uenerit dns eius inuenerit sic facientem. Amen

Dico uobis: quo sup omia bona sua constituit eum. ℣ Ly ca
In illo tempore. N. S. Marcellin. ⁊ Petri. Sec
Dixit ihc discipulis suis: Cum audieritis plia et seditiones
nolite terreri. Oportet primum hec fieri sed non dia statim
finis. Tunc dicebat illis. Surget gens contra gentem. et reg
num aduersus regnum. et terre motus magni erunt per
loca et pestilentie et fames. terroresq de celo. et signa mag
na erunt. Sed ante hec omia mittent in manus suas et per
sequentur. tradentes in sinagogas et custodias. trahentes
ad reges et pides. ppter nomen meum. Continget autem
uobis in testimonium. Ponite ergo in cordib uris non p
meditari. quem admodu respondeatis. Ego enim dabo
uobis os et sapientiam. cui non poterunt resistere et contra
dicere omes aduersarii uri. Trademini autem a parentibus
et fratrib et cognatis et amicis. et morte afficient ex uob.
Et eritis odio omib hominib ppter nomen meum. Et
capillus de capite uro non peribit. In patientia uri possi
debitis animas uras. Scos Primi ⁊ Feliciani. Sec Iohn
Mitt. Hoc est preceptum meum. ut diligatis.

Ihillat. Ecce ego mitto uos sicut oues. Basilidcirin nabor
in medio luporu. Nat marcii et marcelliani
ihilt. Hoc e pceptum meu. Ptasii. Sed marc
Ihillo tempore. Egrediente Nt. Sex. Geryasii
ibu de templo. ait illi unus ex discipulis suis. Magister
aspice quales lapides. et quales structure. Et respondens
ihe. ait illi. Videbas magnas aedificationes. non relin
quetur lapis sup lapidem. qui non destruatur. Et cum
sederet in monte oliuarum. contra templum. interroga
bant eum separatim petrus. iacobus. et iohannes. et an
dreas. Dic nobis quando ista fient. et quod signu erit. quan
do hec omia incipient consummari. Et respondens ihe.
coepit dicere illis. Videte ne quis uos seducat. Multi enim
uenient in nomine meo dicentes. quia ego sum. et multos
seducent. Cum audieritis bella et opiniones bellorum.
ne timueritis. Oportet enim hec fieri. sed nondum e finis.
Exurget enim gens in gentem. et regnum sup regnum.
et erunt terre motus p loca et fames. Initia dolorum hae
Videte autem uos met ipsos. Tradent enim uos in concilis.

Inazarii

et in sinagogis uabulabitur. Et ante reges et psides
stabitis ppter me in testimonium illis. Et in omnes gentes
primum oportet predicari euangelium. Et cum dixe
rint uos tradentes. nolite pcogitare quid loquamini.
Sed quod datum uobis fuerit in illa hora. id loquimini.
Non enim uos estis loquentes. sed spiritus sancti. Tradet autem
frater fratrem in mortem. et pater filium. Et consurgent
filii in parentes. et morte eos afficient. Et eritis odio
omnibus gentibus ppter nomen meum. Qui autem sustu
nuerit in finem. hic saluus erit. INICIVM SCI AE
VANGELII SCDM LVCAM.
IN DIEBVS HERODIS. VIG. S IOH. BAPT.
Fuit in diebus herodis
regis iudeae sacerdos quidam nomine
zacharia. et uxor illi de filiabus aaron.
et nomen eius helisabet. Erant autem iusti ambo ante
dm incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus
dni sine querela. Et non erat illis filius. eo quod esset
helisabet sterilis. et ambo pcessissent in diebus suis.
Factum est autem cum sacerdocio fungeretur zacharias

in ordine uicissitudinis ante dm. secm consuetudinem sacer
dotalis sortis exiit ut incensum poneret. Ingressus intem
plum dni. et omnis multitudo erat populi orans foris
hora incensi. Apparuit autem illi angelus dni stans adex
tris altaris incensi. Et zacharias turbatus uidens. et ti
mor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus. Ne timeas
zacharia. quoniam exaudita est deprcatio tua. Et uxor tua
helisabet pariet tibi filium. et uocabis nomen eius iohan
nem. Et erit gaudium tibi et exultatio. et multi in natiui
tate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram dno.
et uinum et siceram non bibet. Et spiritu sco replebitur ad
huc ex utero matris suae. et multos filiorum israhel conuer
tet ad dnm dm ipsorum. Et ipse precedet ante illum in
spiritu et uirtute heliae. Vt conuertat corda patrum in filios
et incredibiles ad prudentiam iustorum. Parare dno. ple
bem perfectam. In primo mane. Secundum ex
hilo tempore. Dixit zacharias ad angelum.
Vnde hoc sciam. Ego enim sum senex. et uxor mea peces
sit in diebus suis. Et respondens angelus. dixit ei. Ego sum

gabriel qui asto ante dm̄. et qui missus sum loqui
ad te. et hec tibi euangelizare. Et ecce eris tacens. et
non poteris loqui. usq; in diem quo hęc fiant. pro quod
non credidisti uerbis meis. que implebuntur in tempo
re suo. Et erat plebs expectans zachariam. et mirabantur
quod tardaret ipse in templo. Egressus autē non poterat
loqui ad illos. et cognouerunt quod uisionem uidisset
in templo. Et ipse erat innuens illis. et permansit mutus.
Et factum ē ut impleti sunt dies officii eius. abiit in do
mum suam. Post hos autē dies concepit elisabeth uxor
eius. et occultabat semetipsam quinq; dicens. Quia sic fecit
mihi dns̄. in diebus quibus respexit auferre opprobrium
meum inter homines. INSCŌ DIE.

Illo tempore. SCD̄M LVCAM.

Elisabeth impletum ē tempus pariendi. et peperit
filium. Et audierunt uicini et cognati eius quia mag
nificauit dns̄ misericordiam suam cum illa. et congratula
bantur ei. Et factum ē in die octauo. uenerunt circū
cidere puerum et uocabant eum nomine patris sui.

zachariam. Et respondens mater eius dixit. Hequa
quam saluocabitur iohannes. Et dixerunt ad illam.
Quia nemo ē in cognatione tua. qui uocetur hoc no
mine. Innuebant autē patri eius quem uellet uocari
eum. Et postulans pugillarem. scripsit dicens. Iohan
nes ē nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. Apertum
ē ilico os eius et lingua eius. et loquebatur benedicens
dn̄m. Et factus ē timor sup omēs uicinos eius. et super
omia montana iudeę diuulgabantur omia uerba hęc
Et posuerunt omēs qui audierant in corde suo dicentes.
Quis puer iste erit. Et enim manus dn̄i erat cum
illo. Et zacharias pater eius impletus ē spū sc̄o. et ꝓphe
tauit dicens. Benedictus dn̄s dē israhel. Quia uisitauit
et fecit redemptionem plebis suę israhel.

Illo tempore. Nat. Iohanis. & Pauli. Scd. Luc.

Dixit ihc discipulis suis. Attendite a fermento phari
eorum quod ē ypocrisis. Nihil autē opertum ē quod
non reuelabitur. neq; abscondtum quod non sciatur.
Quō quę in tenebris dixistis. in lumine dicentur.

Et quod in aure loqui estis incipietis predicabitur in
tectis. Dico autem uobis amicis meis. Ne timeatis abbis
qui occidunt corpus et post hoc non habent amplius
quid faciant. Ostendam autem uobis quem timeatis.
Timete eum qui post quam occiderit habet potestatem
mittere in gehennam. Ita dico uobis hunc timete. Non
ne duo passeres uenient dipondio et unus ex illis non
est in obliuione coram deo. Sed et capilli capitis uri omis
numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus plu
ris estis. Dico autem uobis. Omis quicumque confessus
fuerit me coram hominibus et filius hominis confitebitur
illum coram angelis dei. VIGILIA PLORVM.
IN ILLO TEMPORE. SCDM IOHANNEM.
Dixit simoni petro. Simon iohannis diligis me plus
his. Dicit ei. Etiam domine tu scis quia amo te. Dicit ei.
Pasce agnos meos. Dicit ei iterum. Simon iohannis
diligis me. Ait illi. Etiam domine tu scis quia amo te.
Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Simon iohan
nis amas me. Contristatus est petrus quia dixit ei tercio.

amasme· et dixit ei· Dne· tu omia scis· tu scis quia amo te·
Dicit ei· Pasce oues meas· Amen amen dico tibi· cum esses
iunior cingebaste· et ambulabas ubi volebas· Cum aut
senueris· extendes manus tuas· et alius te cinget et duca
quo non vis· Hoc aute dixit· Significans qua morte·
clarificaturus esset dm· In die ab missa
Illo tempore· Scdm Mathey
Venit ihc in partes cesareę philippi· Reqr in cathedra
sci petri apli· In celebrat s pauli· Scd mathey
Illo t· Dixit simon petrus ad ihm· Ecce nos reliquimus
omia· Require unde supra iteuersione sci pauli apli·
Illo tempore· Nat· s· pcessi· et martiniani· mart·
Sedente ihu sup montem oliueti· Reqr in nat scor gordiani
et pimachi· Octab· apli· Scdm mathey·
Illo t· Iussit ihc discipulos suos ascendere in nauicula·
et pcedere eum trans fretum· donec dimitteret turbas·
Et dimissa turba· ascendit in montem solus orare· Ves
pere aute facto· solus erat ibi· Nauicula aute· in medio
mari iactabatur fluctib· Erat enim uentus contrarius

Quarta autē uigilia noctis uenit ad eos ambulans supra
mare. Et uidentes eum supra mare ambulantem. tur
bati sunt dicentes quia fantasma est. Et pr̄ timore cla
mauerunt. Statimq ihc loquutus est eis dicens. Habete
fiduciam. Ego sum. nolite timere. Respondens autē petrus.
dixit. Dne. si tues iube me uenire ad te super aquas. At
ipse ait. Veni. Et descendens petrus de nauicula. ambu
labat sup aquā ut ueniret ad ihm. Videns uero uentum
ualidum timuit. Et cum coepisset mergi. clamauit di
cens. Dne saluum me fac. Et continuo ihc extendens
manum appr̄hendit eum. et ait illi. Modice quare du
bitasti. Et cum ascendissent in nauiculam cessauit
uentus. Qui autē in nauicula erant. uenerunt et adora
uerunt eum dicentes. Vere filius dei es. HAT. VII. FRM.
IN ILLO TEMPORE. SEQ. S. EV. SCD. MAT.
Loquente ihū ad turbas. ecce mater eius et fratres stabant
foris querentes loqui ei. Dixit autē ei quidam. Ecce
mat̄ tua. et fratres tui foris stant. querentes te. At ipse re
spondens. dicenti sibi ait. Que est mat̄ mea et qui sunt

fratres mei. & extendens manus in discipulos suos dixit.
Ecce mater mea et fratres mei. Quicumq enim fecerit
uoluntatem patris mei qui in cęlis est. ipse meus frater &
soror et mater est. Nt. S. APOLLONARIS
in illo tempore. Facta est Sec LVCAM.
contentio inter discipulos ihu. Require in passione. Ap
propinquabat autem dies festus azimorum.
in illa t. Dixit ihc discipulis suis. At Nt. S. IACOBI Pti
tendite a fermento pharisaeorum Regis mnat scor. iohannis paulini.
in illo tempore. In Nt. Scor. FELICIS PP. SYMPHORIANI
Sint lumbi uri p̃cincti et lucerne Sec LVCAM.
ardentes. Et uos similes hominib. expectantib. dnm suum
quando reuertatur a nuptiis. Vt cum uenerit et pulsa
uerit confestim aperiant ei. Beati serui illi. quos cum ue
nerit dns inuenerit uigilantes. Amen dico uobis. quod
p̃cinget se et faciet illos discumbere et transiens minis
trabit illis. Et si uenerit in secunda uigilia. et si inter
cia uigilia uenerit et ita inuenerit. beati sunt serui illi.
Hoc autem scitote. quo si sciret pater familias qua hora fur

Iuenire uigilare uiq; et non sinere pfodi domum suā.
Et uos estote parati. quia qua hora non putatis filius ho
minis uenet. Nt. Scōr. abdōlsenn
Illo tempō. Dixit ihc discipulis suis. Sc̄ Iohann.
Cum audiertis plia et sedit. Requirēt hn̄ scōr. marcellin
petri. Adynn cyra. Sc̄i Petri
Illo tē. Venit ihc in partes cesareae philippi.
Illo. Loquente ihu ad turbas. Reqr̄ vii. frm.
Illo tempore. In nn. s. Stephanipp. Sc̄ Luc.
Dixit ihc discipulis suis similitudinem hanc. Homo qui
dam nobilis abiit in regionem longinquam. accipere sibi
regnum et reuerti. Vocatis autē decem seruis suis. dedit illis
decem mnas. Et ait ad illos. Negociamini dum uenio.
Ciues autē eius odeant illum. et miserunt legationem post
eum dicentes. Nolumus hunc regnare sup nos. Et fac
tum ē ut rediret accepto regno. iussit uocari seruos
suos quib; dedit pecuniam ut sciret quantum quisq;
negociatus esset. Venit autē primus dicens. Dnē. mna
tua. decem mnas adquisiuit. Et ait illi. Euge serue

bone: quia in modico fidelis fuisti eris potestatem ha
bens super decem ciuitates. Et alter uenit dicens. Dne.
mina tua. fecit quinq; minas. Et huic ait. Et tu esto
super quinq; ciuitates. Et alter uenit dicens. Dne. ecce
mina tua. quam habui repositam in sudario. timui enim
te. quia homo hauster es tollens quod non posuisti. &
metis quod non seminasti. Et dicit ei. De ore tuo te
iudico serue nequam. Sciebas quod ego homo hauster
sum. tollens quod non posui. et metens quod non semina
ui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam
et ego ueniens utiq; cum usura exigissem illud. & ad
stantib; dixit. Auferte a illo mina. et date illi qui decem
minas habet. Dicunt ei. habet decem minas. Dico autem uobis.
quia omni habenti dabitur. A eo autem qui non habet. &
quod habet auferetur a eo. Verumtamen inimicos meos
illos qui noluerunt me regnare super se. adducite huc &
interficite ante me. Et his dictis abiit. ascendens in hie
rusalem. Nt. S. xisti. Sec matheum
Hitt i. dixit ihc discipulis suis. Ecce ego mitto uos sicut oues

In illo tempore. Nt. S. Cyriaci. Secm̄.

Dixit ihc discipulis suis. Nihil opertum quod non re
uelabitur. et occultum quod non scietur. Quod dico uob
in tenebris. dicite in lumine. Et quod in aure audtis
pdicate sup tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corp.
animā autē non possunt occidere. Sed potius timete
qui potest et animā et corpus pdere in gehennam. Nonne
duo passeres asse ueneunt. et unus ex illis non cadet super
terram sine patre uestro. Vrī autē et capilli capitis omis
numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passerib; meli
ores estis uos. Omis ergo qui confitebitur me coram ho
minib; confitebor et ego eum coram patre meo. qui est
in celis. In vig. sci Laur. Secm̄ Mt.

In illo tempore. Dixit ihc discipulis suis.
Si quis uult post me uenire abneget semet ipsum. et tollat
crucem suam et sequatur me. Qui enim uoluerit an
mam suam ppē me mutiet eam. Quid enim pdest ho
mini si uniuersum mundum lucretur. anime uero sue
detrimentum patiatur. Aut quā dabit homo cōmutationē

p animam suam; filius enim hominis venturus est in gloria patris
sui cum angelis suis: et tunc reddet unicuique secundum opera
eius. Amen dico vobis: sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem donec videant filium
hominis venientem in regno suo. In N. sci Laur.
Illo tempore. Sec. Iohannem.
Dixit ihs discipulis suis: Amen amen dico vobis: Nisi
granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit
ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum
fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam.
Et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam
custodit eam. Si quis mihi ministrauerit honorificabit
eum pater meus qui est in celis. Nt. s. Tiburtii.
Illo tempore. Dixit ihs: Si quis vult post me
venire. Illo tempore. Dixit ihs discipulis suis. Nat. s. Ypoliti. Sm. Mat.
Si quis venit ad me et non odit patrem suum et matrem
et uxorem et filios et fratres et sorores adhuc autem et an
mam suam non potest meus esse discipulus. Et qui
non baiulat crucem suam et venit post me non potest

meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrim
aedificare non prius sedens computat sumptus qui
necessarii sunt si habet ad perficiendum. Ne posteaquam
posuerit fundamentum et non potuerit perficere omnes
qui uident incipiant illudere et dicentes: Quia hic
homo coepit aedificare et non potuit consummare.
Aut quis rex iturus aduersus alium regem non sedens
prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei
qui cum uiginti milibus uenit ad se. Alioquin adhuc
illo longe agente legationem mittens rogat ea quae
pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat
omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus.
Et ait. Dixit ihesus discipulis suis. EVSEBIUS.
parabolam hanc. Homo quidam pregre
perfectus uocatur. VIC SOF MARIE.
Et ait. Exurgens maria. ASSUMPTIOS SECUNDE.
IN ILLO TEMPORE. Intrauit ihesus in quoddam castellum
et mulier quedam martha nomine excepit illum
in domum suam. Et huic erat soror nomine maria;

Que etiam sedens secus pedes dni audiebat uerbum illius.
Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Que
stetit et ait. Dne non est tibi cure quod soror mea reliquit me
solam ministrare. Dic ergo illi. ut me adiuuet. Et respon
dens. dixit illi dns. Martha martha sollicita es et turbaris
erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam
partem elegit. que non auferetur ab ea.
Hilt. dixit ibe discipulis suis. OCT. SCI LAURENTII.
Nisi granum frumenti cadens in terram.
Hilt. o tempore. dixit ibe DESCO AGAPIT. SECM.
discipulis suis. Nolite arbitrari. quia uenerim mittere pa
cem in terra. Non uenit pacem mittere sed gladium. Ven
eum separare hominem aduersus patrem suum et filiam
aduersus matrem suam. et nurum aduersus socrum suam.
et inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut
matrem plus quam me. non est me dignus. Et qui amat
filium aut filiam sup me. non est me dignus. Et qui non
accipit crucem suam et sequitur me non est me dignus.
Qui inuenit animam suam. pdet illam. Et qui pdiderit

animam suam ppt me inueniet eam. Qui recipit uos me
recipit. Et qui me recipit recipit eum qui misit me.
Qui recipit pphetam in nomine pphete mercedem pphete
accipiet. Et quicumq; potum dederit uni ex minimis
istis calicem aquę frigide tantum in nomine discipli
amen dico uobis non pdet mercedem suam.
IN illo tempore dixit ihc TIMOTHEI ET SIMPHOR.
discipulis suis. Si quis uenit ad me et non odit patrem
suum et matrem et uxorem et filios et fres et sorores. ad
huc autem et animam suam non potest mis esse discipulus.
Et qui non baulat crucem suam et uenit post me. non
potest meus esse discipulus. Quis enim ex uobis uolens
turrem aedifficare. non prius sedens computat suptus
Regis mis scq; polim. iuugberti. NT. SCI BARTHO
IN illo te. Facta e contentio inter dis LO MAT.
ciplos ihu. Require in passione. Appropinquabat aut
IN illo. Descendens ihc de monte. DE SCO HERMETE
IN illo te. dixit ihc discipulis suis para NT. SCE SABINE.
bolam hanc. Simile e regnum celorum decem uirginib;
Regis mis SPRISCE. V.

In illo tempore. Sc̄d̄ Matheum.

Audiuit herodes tetrarcha famā ihu. et ait pueris suis.
Hic ē iohannes baptista. ipse surrexit a mortuis. et
ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit
iohannem. et alligauit eum. et posuit in carcere.
ppt̄ herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat illi
iohannes. Non licet tibi habere eam. Et uolens illum
occidere timuit populum. quia sicut ꝓpheram eum
habebant. Die autē natalis herodis saltauit filia he
rodiadis in medio et placuit herodi. Vnde cum iura
mento pollicitus ē ei dare. quodcumq; postulasset
abeo. At illa pmonita a matre sua. da mihi inquit hic
in disco caput iohannis baptistę. Et contristatus ē
rex. Propt̄ iuramentum autem et eos qui pariter recū
bebant. iussit dari. Misitq; et decollauit iohannē in car
cere. et allatum ē caput eius in disco. et datum ē puelle
et tulit matri suę. Et accedentes discipuli eius. tulerūt
corpus et sepelierunt illud. Et uenientes nunciauerunt
ihu. De cōfess. S. iohis bte. Sc̄d̄ Marcum

In illo tempore. Misit herodes et tenuit iohan
nem. et uinxit eum in carcere ppt̃ herodiadem uxo
rem philippi fratris sui. quia duxerat eam. Dicebat enim
iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris
tui. Herodias autem insidiabatur illi. et uolebat occi
dere eum nec poterat. Herodes uero metuebat iohannem
sciens eum uirum iustum. et sanctum et obseruabat eum.
Et cum audisset illum multa facere. libenter eum au
diebat. Cum autem dies opportunus accendisset natalis
herodis. fecit cenam magnam principibus et tribunis et
primis galilee. Cumq; introisset filia ipsius herodiadis
et saltasset et placuisset herodi simulq; discumbentibus
tunc rex ait puelle. Pete a me quodcunq; et dabo tibi. Et
iurauit illi. quia quecunq; poteris dabo tibi. licet di
midium regni mei. Que cum exisset. dixit matri suae
Quid petam. At illa dixit. Caput iohannis baptiste.
Illa autem ingressa adregem. continuo petiit dicens
uolo ut dentur mihi in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est
rex ppt̃ iusiurandum et ppt̃ simul discumbentes.

nolunt eam contristari · sed missso spiculatore · p̄cepit
afferri caput eius in disco · Et decollaun eam in carcere ·
et attulit caput eius in disco et dedit puelle · Illa autē ·
dedit matri suę · Quo audito discipuli eius venerunt
et tulerunt corp̄ eius · et posuerunt illud in monumento ·
In illo tempore · Nt · Scoꝝ Fruceis · Taydacti ·
Diatt the d' Attendite aferm̄o · Rep̄ in m̄ iohannis paulj ·

Liber generationis Iesu Xpi filii David filii Abraham

LIBER GENERATIONIS IHESU CRISTI FILII DAVID · FILII ABRAHAM · ABRAHAM GENUIT ISAAC · ISAAC AUTEM GENUIT IACOB · IACOB AUTEM GENUIT IUDAM ET FRATRES EIUS · IUDAS AUTEM GENUIT PHARES ET ZARA DE THAMAR · PHARES AUTEM GENUIT ESROM · ESROM AUTEM GENUIT ARAM · ARAM AUTEM GENUIT AMINADAB · AMINADAB AUTEM GENUIT NAASON · NAASON AUTEM GENUIT SALMON · SALMON AUTEM GENUIT BOOZ DE RACHAB · BOOZ AUTEM GENUIT

obed ex ruth. Obed autē genuit iesse. Iesse autem
genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomo
nem. ex ea que fuit urie. Salomon autem genuit roboam.
Roboam autem genuit abiam. Abia autem genuit asa
Asa autem genuit iosaphat. Iosaphat autē genuit ioram.
Ioram autem genuit oziam. Ozia autem genuit ioatham,
Ioatham autē genuit achaz. Achaz autē genuit ezechiam.
Ezechias autē genuit manassen. Manasses autem genuit
ammon. Ammon autem genuit iosiam. Iosias autem
genuit iechoniam et fratres eius in transmigracione
babilonis. Et post transmigracionē babilonis iechonia
genuit salathiel. Salathiel autem genuit zorobabel. Zo
robabel autem genuit abiud. Abiud autē genuit eliachim.
Eliachim autem genuit azor. Azor autē genuit sadoc. Sadoc
autē genuit achim. Achim autē genuit eliud. Eliud autē
genuit eleazar. Eleazar autē genuit mathan. Mathan
autē genuit iacob. Iacob autē genuit ioseph virum marie.
De qua natus est ihc qui uocatur xpc. Feria iiii post dominicam adiutorii
Nihil est opertum quod non reuelabitur. Marci.

Illo tempore dixit ihc d. Gorgonii mar.

Ecce ego mitto uos sicut oues. Regis ihu s. Sixti. Sociorum et

Illo tempore Ign. Proti. Iacinti.

Dicebat ihc turbis iudeorum. Ve uobis qui edificatis mo

numenta pphetarum. patres autem uri occiderunt illos

Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum uros

Quod quidem ipsi eos occiderunt. uos autem edificatis

eorum sepulchra. Propterea et sapientia di dixit. Mittam

ad illos pphetas et apostolos. et ex illis occident et persequent

ut inquiratur sanguis omnium pphetarum. qui effusus

est a constitucione mundi a generatione hac. A sanguine

abel usq; ad sanguinem zacharie. qui perit inter templum

et aedem. Ita dico uobis requiretur ab hac generatione

Ve uobis legis periti. quia tulistis clauem scientie. Ipsi

non introistis. et eos qui introibant prohibuistis. Cum hec

ad illos diceret coperunt pharisei. et legis periti graviter

insistere. et os eius imprimere insidiantes ei. Et querentes

capere aliquid ex ore eius. ut accusarent eum.

Exaltatio scte crucis. Cornel. et Cipriani.

In illo tempore. Erat homo exphariseus. Requirebat
in pascha annotina. In nt. in eodem die martiri
In illo tempore. dixit ihs discipulis suis.
Si quis vult post me venire. Resp. in vigilia s. laurencii.
In illo tempore. dixit ihs. et parabolam hanc. Nt. s. eufemie
Simile est regnum celorum thesauro. martiri
Resp. in n. s. agnetis virg. Nt. p. lambertiepi.
In illo tempore. Loquente ihu ad turbas. Luca
Resp. in h. vi. fr. Vige s. mathei apli scdm
In illo tempore. Vidit ihs publicanum nomine
leui sedentem in theloneum. et ait illi. Sequere me.
Et relictis omnib. surgens secutus est eum. Et fecit ei con
uiuium magnum leui in domo sua. Et erat turba
multa publicanorum. et aliorum qui cum illis erant dis
cumbentes. Et murmurabant pharisei et scribe eorum.
dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis et pec
catoribus manducatis et bibitis. Et respondens ihs. dixit
ad illos. Non egent qui sani sunt medico. sed qui male
habent. Non enim ueni uocare iustos. sed peccatores.

Impenitentiam. ℣ In ℣ ibidem. Sc̄d Mathe.
℣ Illo tempore. Cum transiret ihc. vidit hominē
sedentem in theloneo matheum nomine. et ait illi. Se
quere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est dum
bente eo in domo. ecce multi publicani et peccatores venien
tes. discumbebant cum ihu et discipulis eius. Et videntes
pharisei. dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et
peccatoribus manducat magister vr. At ihc audiens ait.
Non est opus valentibus medicus. sed male habentibus. Euntes
autē discite quod est misericordiam volo. et non sacrificium.
Non enim veni vocare iustos. sed peccatores.
℣ Illo t. Dixit ihc. ℣ In nat. Sc̄i Mauricii et
discipulorum eius. Cum audissent plia. Socio ry filius.
℣ Illo tempore. Respondens. Fr. iii. Sc̄d Marc.
unus de turba dixit Magistro. adduxi filium meum ad te.
habentem spm̄ mutum. Qui ubi eum apprehendit.
allidet eum et spumat et stridet dentibus et arescit. Et
dixi discipulis tuis ut eicerent illum. et non potuerunt
Qui respondens dixit eis. O generatio incredula. quam

diu apud uos ero· quam diu uos patiar· Affere illum
ad me· Et attulerunt illum· Et cum uidisset illum·
statim sps conturbauit eum· et elisus interra· uolutabat
spumans· Et interrogauit patrem eius· Quantum tēpo
ris ē ex quo hoc ei accidit· At ille ait· A pinfantia· Et fre
quenter eum· et in ignem et in aquas misit· ut eum per
deret Sed si quid potes· adiuua nos misertus nri· Ihē ait
ei illi· Si potes credere· omia possibilia credenti· Et
continuo exclamans pat pueri· cum lacrimis aiebat· Cre
do dne· adiuua incredulitatem meam· Et cum uidis
set concurrentem turbam· comminatus ē spū immun
do dicens illi· Surde et mute sps· ego pcipio tibi exi ab eo
et amplius ne introeas in eum· Et exclamans et multū
discerpens eum· exiit ab eo· Et factus ē sicut mortuus·
ita ut multi dicerent quia mortuus ē· Ihē autem tenens
manum eius· eleuauit eum et surrexit· Et cum introisset
domum· discipli ei secreto interrogabant eum· Quare
nos non potuimus eicere illum· Et dixit illis· Hoc gen
in nullo potest exire· nisi in oratione & ieunio· Fol. 41.

In illo tempore. Rogabat ihesum quidam pharisei. Resp. ins. fr. ante
palmas. SABBATO IN XVIII. SCO. LVCAM.
In illo tempore. Dicebat ihe turbis similitudinem
hanc. Arborem ficu habebat quidam plantatam in vi
neam suam. et venit querens fructum in ea et non in
venit. Dixit autem ad cultorem vineę. Ecce anni tres
sunt ex quo venio querens fructum in ficulnea hac.
et non invenio. Succide ergo illam. ut quid etiam
terram occupat. At ille respondens dixit illi. Dne. di
mitte illam. et hoc anno. usq dum fodiam circa illam
et mittam stercora. Et si quidem fecerit fructum. sin autem
in futuro succides eam. Erat autem docens in synagoga die
sabbatis. Et ecce mulier que habebat spm infirmitatis
annis decem et octo. et erat inclinata. nec omnino po
terat sursum respicere. Quam cum vidisset ihe vocavit
ad se et ait illi. Mulier. dimissa es. a tua infirmitate tua.
Et imposuit illi manus. et continuo erecta est. glorifica
bat dm. Respondens autem archisynagogus indignans
quia sabbato curasset ihe. turbe dixit. Sex dies sunt.

inquib; oportet operari; In his ergo uenite et curamini
et non in die sabbati. Respondens autem ad illum dns.
et dixit. Ypocrite unusquisq; urm sabbato non solut
bouem suum aut asinum a presepio et ducit ad aquare.
Hanc autem filiam habrahe quam alligauit satanas
ecce decem et octo annis; non oportuit solui a uinculo
isto die sabbati. Et cum hec diceret erubescebant
omes aduersarii eius. Et omis populus gaudebat in
uniuersis que gloriose fiebant abeo; IN NT. SOXCOS
HILLOT. dixit ihc d. Ecce ego mitto ME. ET DAMIANI.
uos sicut oues. IN NT. SCI MICHAELIS. SCDM MT.
HILLOT EMPORE. Accesserunt discipuli ad
ihm dicentes. Quis putas maior e in regno celorum.
Et aduocans ihc paruulum statuit eum in medio eor.
et dixit; Amen dico uobis nisi conuersi fueritis et effi
ciamini sicut paruuli. non intrabitis in regnu celoru
Qui cumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste.
hic maior in regno celorum. Et qui susceperit unu
paruulum talem in nomine meo. me suscipit. Qui autem

scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me cre
dunt· expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo
eius et demergatur in profundum maris· Vae mundo abscan
dalis· Necesse est enim ut ueniant scandala· Verumtam
ue homini illi per quem scandalum uenit· Si autem manus
tua uel pes tuus scandalizat te· abscide eum et pice
abste· Bonum est tibi aduitam ingredi debilem uel clau
dum· quam duas manus uel duos pedes habentem mit
ti in ignem eternum· Et si oculus tuus scandalizat te·
erue eum et pice· abste· Bonum est tibi cum uno oculo
uitam intrare· quam duos oculos habentem mitti in
gehennam ignis· Videte· ne contemnatis· unum ex bis
illis· Dico enim uobis· quia angeli eorum in celis semper
uident faciem patris mei· qui in celis est·

℣ illo tempore· Sint lumbi uri· cincti· NAT· SCI REGINALDI·

℣ illo tempore· Sedente ihu super montem IN NAT· SCI

oliuet· Rex· in pace est· et martiuam· LEYDOGARII·

℣ illo tempore· NAT· SERGII ET BACCHI· SECRETE·

Dixerunt ihe discipuli sui· Videte uigilate· et orate· Nes

cus enim · quando tempussit · Sicut homo qui peregre
profectus reliquit domū suam et dedit seruis suis po
testatem cuiq operis · et ianitori precepit ut uigilet · Vigilate
ergo · nescitis enim quando dominus domus ueniat · Sero ·
an media nocte · an galli cantu · an mane · Ne cum uenerit
repente · inueniat uos dormientes · Quod autem uobis dico ·
omib · dico uigilate ; DIONISII RUSTICI · ET HELEUT ·
In illo tempore · Videns ihc turbas ·
In illo tem · dixit ihc NIGEREON · ET HYACTORISUE ·
discipulis suis · Ecce ego mitto uos ·
In illo · Conuocatis ihc NAT · CALISTIPADAE ·
discipulis suis Requir impente ē fr ·
In illo tempore · INGIAPTOR SIMON · ERIYDE ·
dixit ihc discipulis suis · Ego sum uitis uera · SECIOH ·
et uos palmites · Qui manet in me et ego in eo · hic fert
fructum multum quia sine me nihil potestis facere ·
Et si quis in me non manserit · mittetur foras sicut
palmes et arescet · et colligent eum et in ignem mittent
et ardet · Si manseritis in me et uerba mea in uobis

manserint. quodcumq; uoluerits petis et fiet uobis.
In hoc clarificatus est pat meus. ut fructum plurimũ
afferatis. et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit
me pat. et ego dilexi uos. Manete in dilectione mea.
Si pecepta mea seruaueritis. manebitis in dilectione mea.
Sicut et ego patris mei pecepta seruauit. et maneo in eius
dilectione. Hec locutus sum uobis. ut gaudium meũ
in uobis sit. Et gaudium urũ impleatur.
In illo tempore. In Naptoz. Sec. Iohn.
dixit ihs discipulis suis. Hec mando uobis. Requir
in ñ scorum. alexandri. cirini et theodoli. Lucam.
In illo tempore. In uig. omniũ scoz. Sec.
Eleuatis oculis ihs in discipulos suos dicebat. Beati
pauperes spũ. quia urs est regnum di. Beati qui nũc
esuritis. quia saturabimini. Beati qui nunc fletis. quia
ridebitis. Beati estis cum uos oderint homines. et cũ
separauerint uos et exprobrauerint et ieceritis nomen
urũ tamquam malum ppter filium hominis. Gau
dete illa die et exultate. ecce enim merces urã.

In multa ē incelis; In die sc̄o. Sec̄ mat.
Illo tempore. Videns ihc turbas
ascendit in montem. Et cum sedisset. accesserunt ad
eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos
dicens. Beati pauperes spū. quō ipsorum ē regnum
celorum. Beati mites. quō ipsi possidebunt terram;
Beati qui lugent. quō ipsi consolabuntur; Beati qui
esuriunt et sitiunt iustitiam. quō ipsi saturabuntur.
Beati misericordes. quō ipsi misericordiam consequen-
tur; Beati mundo corde. quō ipsi dim videbunt; Beati
pacifici. quō filii di vocabuntur. Beati qui persecutionē
patiuntur ppt̄ iustitiam. quō ipsorū ē regnum celor.
Beati estis cum male dixerint vobis. et persecuti vos
fuerint. et dixerint omne malum adversum vos.
mentientes ppt̄ me. Gaudete et exultate. quō merces
vra. copiosa ē in celis; De uno. Coronatis.
Illo tempore. dixit ihc Sec̄ mat.
discipulis suis Ecce ego mitto vos sicut oves. Super
Euanglin. Ponite ergo in cordib; Dec. Introductio.

Hillotempore. Natt. s. Yyllib. Secuc

Dixit ihc discipulis suis. Nemo accendit lucernam.
et in abscondito ponit neq; sub modio sed sup candela
brum. ut qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna
corporis tui. est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit sim
plex. totum corpus tuum lucidum erit. Si autē nequā
fuerit. etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo
ne lumen quod in te ē tenebre sint; Si ergo corpus tuū
totum lucidum erit non habens aliquam partem tene
brarum. erit lucidum totum; Et sicut lucerna ful
goris illuminabit te; In nat. Sci martini.
Hillotē. dixit ihc d parabolam hanc.
Homo quida peregre pficiscens. Rex marcelli pp;
Hill. d ihc discipulis suis. Nat sce cecilie
parabola hanc. Simile ē regnū celorum decem virginib
Rex in hs s erisce virg; In nat. Sci clementis.
Hillotempore. d ihc discipulis suis.
Vigilate. quia nescitis. Rex in his silvestri.
Hillotempore. d ihc d. Nat. s. Chrisogoni.

Hoc arbitrari. Rex in hs agapen ꝛc. Sci Saturnini
Hillot. dixit ihc discipulis suis. Ecce ego mitto uos.
Rex in missati. Ingo. Sci Andree apli.
Hillot tempore. Stabat iohannes. Sco Iohn.
et ex discipulis eius duo. Et respiciens ihm ambulantem
dicit. Ecce agnus di. Et audierunt eum duo discipli
loquentem. et secuti sunt ihm. Conuersus autem ihc. et
uidens eos sequentes. dixit eis. Quid quertis. qui dixerunt
ei. Rabbi. quod dicitur int̃pretatum magister. Ubi habitas.
Dicit eis. Venite et uidete. Venerunt et uiderunt ubi
maneret. et apud eum manserunt die illo. Hora autem
erat quasi decima. Erat autem andreas fr̃ simonis petri.
unus ex duob. qui audierant ab iohanne et secuti fuerant
eum. Inuenit primum hunc fratrem suum simonem.
et dicit ei. Inuenimus messiam. quod int̃pretatur xp̃e.
Et adduxit eum ad ihm. Intuitus autem eum ihc dixit
Tues simon filius iohanna tu uocaberis cephas. quod int̃
pretatur petrus. Insequenti autem uoluit exire in galileam.
et inuenit philippum. et dicit ei ihc. Sequere me. Erat

autem philippus a bethsaida ciuitate andree et petri. In
uenit philippus nathanael et dicit ei. Quem scripsit
moses in lege et prophete inuenimus ihm filium ioseph
a nazareth. Et dicit ei nathanahel. A nazaret potest ali
quid bonum ee. Dicit ei philippus. Veni et uide. Vidit ihc
nathanahel uenientem ad se. et dicit de eo. Ecce uere
israelita in quo dolus non e. Respondit ei nathanahel.
Vnde me nosti. Respondit ihc. et dixit ei. Priusquam
te uocaret philippus cum esses sub ficu. uidi te. Respon
dit ei nathanahel et ait. Rabbi tu es filius di tu es rex
israhel. Respondit ihc. et dixit ei. Quia dixi tibi uidi te
sub ficu credis. maius his uidebis. Et dicit eis. Amen
amen dico uobis. uidebitis celum apertum. et angelos
di ascendentes et descendentes. super filium hominis

HIL OT EMPORE. IN DIES CO. SEC MAT.

Ambulans ihc iuxta mare galilee. uidit duos fratres.
simonem qui uocatur petrus et andream fratrem eius.
mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait
illis. Venite post me. et faciam uos fieri piscatores

hominum. At illi continuo relictis retib. secuti sunt eū
Et pcedens inde uidit alios duos fratres. Iacobum zebedei.
et iohannem fratrem eius in nauī cum zebedeo patre eorū
reficientes retia sua et uocauit eos. Illi autē statim relictis
retib. et patre. secuti sunt eum. DOM. II. P PENTEC.
IN illo tempore. SEC. IOH CAM.
Homo quidam erat diues. et induebatur
Require in ebdomada secunda ad infr. v.
IN illo tē. Dixit ihc d. FER. IIII. SCD MAT.
Nolite putare quia ueni soluere legem et ppheas. non
ueni soluere. sed adimplere. Amen dico uobis. donec
transeat celum et terra iota unum aut unus apex non
preteribit. a lege donec omia fiant. Qui ergo soluerit unū
de mandatis istis minimis et docuerit sic homines mi
nimus. uocabitur in regno celorum. Qui autē fecerit
et docuerit. hic magnus uocabitur in regno celorum.
IN illo tempore. FER. VI. SCD IOH CA.
Dixit ihc d. Impossibile ē enim. ut non ueniant scan
dala. Ve autē homini illi. p quem ueniunt. Si uiuus

erit illi. si lapis molaris imponatur circa collum eius. &
precipitetur in mare. quam ut scandalizet unum de pusillis
istis. Attendite uos. Si peccauerit frater tuus. increpa illum
Et si poenitentiam egerit dimitte illi. Et si septies in
die peccauerit in te. et septies in die conuersus fuerit ad
te dicens. poenitet me. dimitte illi. Et dixerunt apli
Auge nobis fidem. Dixit autem dns. Si habueritis fidem
sicut granum sinapis. diceretis huic arbori. eradicare &
explantare in mare. et obaudiret uobis. Quis autem uestrum
